Mahn - De Dionis Chrysostomi Codicibus

DE

DIONIS CHRYSOSTOMI

CODICIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS,

QUAM SCRIPSIT

ARNO MAHN.

LIPSIAE,
GUSTAVUS FOCK.
1890.

DE
DIONIS CHRYSOSTOMI
CODICIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS,

QUAM SCRIPSIT

ARNO MAHN.

LIPSIAE,
GUSTAVUS FOCK.
1890.

Inter omnes Graecorum scriptores, qui inde a Domitiani temporibus usque ad Hadrianum floruerunt, longe clarissimus illustrissimusque, si Plutarchum Chaeronensem excipimus, est Dion Chrysostomus. Neque enim Federicus Turrisanus, qui sexto decimo saeculo illum scriptorem in lucem edidit, inepte in praefatione[1]) haec dixit: „ut ipsius legendis orationibus teneare summa cum iucunditate, quod prae se ferant quoddam elegans *καὶ ὅλως ἀττικῶς* dicendi genus rerumque doctrinam paene singularem.“ Pro talis scriptoris auctoritate maxime est dolendum, quod tam pauci viri docti in Dionem animos intenderunt. Neque enim his temporibus alia praesto nobis est editio critica nisi Adolphi Emperii, qui Brunsvigae anno 1844 eam curavit. Quae editio quamquam illa aetate haud erat contemnenda[2]), nunc tamen peritis iudicibus parum probatur; doctus enim ille vir, quae auctoritas singulis libris tribuenda esset, saepius minus recte intellexit; praeterea incommodus est usus eius editionis propterea, quod non solum ipsum Dionis textum, sed etiam additamenta inspicias necesse est; eis enim temporibus, quibus Emperius priorem orationum partem emisit, nondum ei notae fuerunt optimorum codicum scripturae, Vaticani H,

---

[1]) pag. 3.

[2]) Kayserus (Münchener Gelehrte Anzeigen, 1845, p. 671) haec dicit: „Diese Dioneischen Studien bringt die neue Ausgabe zum erfreulichsten Abschluss; in ihr ist gesammelt, was während zwei Jahrhunderten im einzelnen mit Glück versucht wurde, und wo diese Versuche nun nicht ausreichen, tritt Emperius, mit dem ausgezeichnetsten Divinationstalent begabt, zu den noch ungelösten Problemen hin und gewährt so dem Leser den angenehmen Eindruck eines vollkommenen Verständnisses.“

1*

Palatini P, Vaticani V, unde factum est, ut saepius in additamentis eas reiceret lectiones, quas in textum receperat. Tredecim annis post Ludovicus Dindorfius recognovit Dionis orationes; qua in editione quanta collocata fuerit spes, cognoscimus ex his Geelii[1]) verbis: „Convaincu comme je l'étais, que Dion allait trouver l'éditeur, qu'il lui faut, je me suis désisté, en faveur de M. L. Dindorf, du plan que j'avais conçu de publier tout le texte du rhéteur-philosophe de Pruse.“ Sed Dindorfius, ut promiscuam apparatus Emperiani varietatem simpliciorem redderet, operam non dedit, quam ob rem Gasda iusto iure videtur mihi Dindorfium vituperasse, exponens haec[2]): „In der Vorrede erhält man statt einer präzisen Angabe der neuen Lesarten und ihrer Quellen ein unbestimmtes Gerede über allerlei Arten von Fehlern . . . Neue Handschriften sind nicht herangezogen; hier und da erscheinen spärliche Kleinbesserungen, meist aus dem Apparat von Emperius in den Text heraufgeholt, von Dindorf's eigener Hand allenfalls einmal ein *κάλλιστα* für ein minder passendes *μάλιστα* und dergleichen . . . . Dindorf's Ausgabe wäre besser ungedruckt geblieben, denn erstens führt sie so gut wie gar nicht den Text über das von Emperius Geleistete hinaus . . . endlich aber hindert sie möglicher Weise das Erscheinen einer neuen Ausgabe, die gemacht sein müsste nicht für Bogengelder, sondern für die gute Sache der Wissenschaft.“ Inde ab Dindorfii editione perpauci viri docti medicinam attulerunt ad sanandum textum eius scriptoris, qui medicina vehementissime eget; atque coniecturis quidem quattuor potissimum viri depravationes lectionum sanare studuerunt: Cobetus, Gasda, van Herwerdenus, Schmidius. Nemo autem fere exstitit, qui de singulorum librorum utilitate recto iudicio quidquam statueret — nam neque Hilgersius neque Sonnyus, sicuti infra intellegemus, multa attulerunt ad recte cognoscendas genuinas archetypi scripturas.

Quae cum ita sint, operae pretium mihi videtur esse accu-

---

[1]) Geel, Lettre à M. Hase sur le discours de Dion Chrysostome, intitulé Éloge de la Chevalure, Leyde 1839, p. 3.

[2]) Progr. Lauban 1883: Kritische Bemerkungen zu Dio Chrysostomus.

ratius in Dionis studium incumbere atque, quae de ratione inter codices intercedente enucleari possunt, disserere. Atque in prima quidem dissertationis parte, quasi in prooemio, de Dionis libris manu scriptis agam in universum; in altera autem, quae auctoritas codici Parisino P tribuenda sit, exponam; in tertia denique dicam de codicibus Monacensibus N et O, quos ut conferrem praefecti bibliothecae Monacensis liberalitate mihi contigit.

Pars prima.

Omnes codices Dioneos, qui quidem servati nobis sunt, tamquam rivulos manasse ex libro, qui iam multis depravatus fuit mendis, apparet cum ex communi vitiorum ratione, tum ex additamentis, quae in omnibus inveniuntur libris manu scriptis. De priore illa re fusius agere supervacaneum mihi videtur, cum omnes viri docti, qui vel paululum in Dionis orationes animum intenderunt, eandem amplectantur sententiam.[1]) Additamenta autem nondum, quod sciam, enumerata sunt, quapropter tribus verbis de depravationibus illius generis dicere mihi liceat. Sine ulla dubitatione oratio III, in qua Dion de regno agit, plurimum interpolationibus foedata est; nam non solum §§ 56 et 57, §§ 83, 84, 85, § 108 plane ab ipsa Dionis manu abhorrere, verum etiam in ceteris paragraphis singula verba singulaque enuntiata esse emblemata, Emperius sagaciter exposuit. Deinde commemoranda est oratio XI, de cuius paragraphis 127 et 128 doctus ille vir iusto iure haec dicit: „sunt delendae, ut ex antecedentibus repetitae"; praeterea § 137, 3—10 multum habet suspicionis, ut omittam §§ 32, 72, 130, ubi interpolationes non tantum complectuntur verborum numerum. Tum afferam or. LXVI, quae est de gloria; hic enim paragraphi 28 et 29 non Dionis sunt, sed librarii alicuius. Denique or. IV, 54 et XX, 25 sunt addimenta librariorum; in permultis autem aliis orationibus exstant verba, quae a Dione abhorrere Emperius suo iure arbitratur. Ex his cum plane eluceat saepius in omnibus codicibus Dioneis inesse emblemata, concludere licet omnes libros manu scriptos

---

[1]) Cf. Emperium, praef. p. VII § 9; Dindorfium, praef. p. III; Kayserum, Münchener Gelehrte Anzeigen, 1845, Nr. 213, p. 676.

manasse ex codice, qui laboravit mendis, praesertim cum saepius ut antea dixi, omnes libri easdem exhibeant scripturae corruptelas,

Ex eo codice, quem archetypum parentemque omnium librorum fuisse necessario statuendum est, duo paulatim genera in diversas diffluxere partes[1]), multis locis iam inter se disparia, ita tamen, ut vitia, quibus alterum foedatum est, alterius ope facile corrigas vetustique illius exemplaris integriorem speciem ita instaures. Atque in altero quidem codicum genere, quod Emperius melius significat, numerandi sunt libri Vaticanus H, Palatinus P, Parisinus C, Vaticanus V, Meermannianus M; fons autem eorum meliorum codicum est liber quidam, quem nos nominamus γ. Alteri autem libri, qui deteriores sunt ex Emperii sententia, originem ducunt ex alio codice, quem littera δ significare liceat.

Meliores illos codices cum in duas tribuendos esse familias Emperius nos docuerit[2]), primum quidem de priore agam familia, quae constat ex codicibus HPC.[3]) Eos libros non ex ipso codice γ derivatos esse, sed ex alio quodam libro — quem nominamus π —, qui medius quasi est inter codicem γ et codices HPC, elucet ex communi vitiorum ratione. Saepe enim tres illi libri easdem corruptas exhibent scripturas, bonae autem lectiones in codicibus MV — eodem modo atque in deterioribus libris — insunt. Apparet autem hoc ita explicandum esse, ut codicis π librarium per neglegentiam bonas lectiones reddidisse corruptas ac deinde corruptas illas scripturas in libros HPC fluxisse statuamus, non ita, ut et codicis H et codicis P et codicis C librarios casu quodam eadem textui inculcasse vitia arbitremur.

Atque ut demonstrem, quantopere discrepent hi libri a ceteris codicibus, exempla afferam ex eis repetita orationibus, quae et cum Palatino P et cum Vaticano H et cum Parisino C collatae sunt; dico has orationes: VII, LIII, LXII, LXIX, LXX (usque ad § 3), LXXV, LXXVI, LXXVII (usque ad § 4). At-

[1]) Cf. Emperii praef. p. IX, § 3.

[2]) Cf. p. 829.

[3]) Codicem Marcianum Y afferre omitto, quod et cum duabus tantum collatus est orationibus et in oratione XXX longe corruptissimus est omnium librorum (cf. p. 793 § 11).

que hi quidem potissimum enumeratione digni mihi videntur corrupti loci:

Oratio VII. 33, 8: HPC om. *δικαίως*; 66, 1: HPC om. *καίτοι πλουσίων μὲν οἰκίας τε καὶ τραπέζας ἠπιστάμην*; 76, 6: HPC *ἄνδρα αὐτῆς* [C *αὑτῆς*], rel. *αὑτῆς ἄνδρα*; 90, 3: HPC *προσενεχθῆναι αὐτῷ τῷ Ὀδυσσεῖ*, rel. om. *αὐτῷ*; 93, 3: HPC *οὐ γάρ*, rel. *οὐδὲ γάρ*; 138, 4: HPC om. *καὶ ὁμότιμον*; 139, 2: HPC om. *ταύτας*; 143, 5: HPC *ἔρωτας τῶν θεῶν λεγομένους*, rel. *λεγομένους τῶν θεῶν ἔρωτας*. — oratio LIII. 2, 3: HPC om. *τήν*; 4, 3: HPC om. *δέ*; 12, 7: HPC *ἀνθρώπων*, rel. *ἀνθρώπῳ*. — oratio LXII. 7, 4: HPC *θεάτρων*, MBS ed. Ven. *θεατῶν*. — oratio LXIX. 2, 3: HPC om. *γε*. — oratio LXXVI. 1, 8: HPC *ἔνεστι*, MB ed. Ven. *ἐνῆν*; 4, 13: M *ἔτι τῶν μὲν νόμων*, B *καὶ τῶν νόμων μέν*, HPC om. haec verba. — oratio LXXVII. 1, 5: HPC *καὶ ὅτι*, MB ed. Ven. *ὅτι*.

In altera meliorum codicum familia versantur codices Meermannianus M atque Vaticanus V, qui eodem modo atque libri HPC non ex ipso codice *γ* manaverunt, sed ex alio quodam hausti sunt codice (*o*), qui medius quasi est inter librum *γ* atque inter codices VM. Exstitisse autem codicem *o* eis demonstratur locis, ubi in codicibus VM eaedem corruptelae insunt, ceteri autem libri bonas exhibent scripturas.

De codice Vaticano V fusius mihi est dicendum in altera dissertationis parte, propterea quod archetypus codicis Parisini B ex mea quidem sententia ad archetypum huius Vaticani V (ad codicem *ξ*) correctus est. In hac igitur parte, quae nihil aliud est nisi praefatio, non est, cur accuratius de hoc codice agam.

De codice autem Meermanniano M, qui ex Emperii sententia non ex ipso codice *o* descriptus est, sed per aliquot vices exemplorum inde propagatus, bene doctus ille vir dixit p. XI § 14, nisi quod silentio praeteriit multis locis scripturas huius libri obelo esse notatas. Quod signum criticum cum saepissime eis adscriptum sit lectionibus, quae sive absurdae sive a sententiarum conexu alienae sunt, illis Meermanniani M notis quae auctoritas tribuenda sit, tribus verbis exponere necessarium iudico. In eam rem si oculos intendes, cognosces ea verba obelo esse notata, quae in deterioribus codicibus Monacensi N et O plane

omittuntur. Permirum autem profecto est illis verbis notam adscriptam esse, cum nullo modo abesse possint. Quae vere dicta esse ut demonstrem, ex orationibus prima atque secunda eos proferam locos, ubi codicis M scripturis criticum illud signum adscriptum est; habes: I 19, 2: πάντων om. NO, in M obelo not.; I 54, 7: καὶ τοὺς γεωργούς om. B[1])NO, in M obelo not.; I 79, 6: σεμνοῦ om. NO, in M obelo not.; II 17, 7: ἔφη om. BO, in M obelo not.; II 22, 4: ἀπειρηκότων ἤδη πρὸς τὴν στρατείαν· πρὸς δὲ αὖ τούτοις om. NO, in M obelo not.; II 33, 11: τὴν om. BNOA, in M obelo not.; II 36, 3: γὰρ om. NO ed. Ven. in M obelo not.; II 37, 2: τοῦ om. NO, in M obelo not.; II 37, 8: τῶν om. BNO, in M obelo not. Ex his quae attuli exemplis apparet notas illas additas esse ab aliquo homine, cui deterioris generis codex aliquis praesto erat. Ad deteriorem autem aliquem codicem cum Mcermannianum M a Claudio Naulotio correctum esse Emperius exposuerit, persuasum habeo eundem hominem etiam obelum in hunc codicem intulisse. Atque eis quidem locis, ubi mutationes facere facile erat, genuinas codicis M scripturas erasit et interpolationes ipsi textui inculcavit; omnibus autem eis locis, ubi unum vel compluria verba omissa erant in deteriore illo libro, ne deformaret codicem M, critico illo signo usus est. Quam sententiam si amplecteris, cognosces obelum, qui est in Meermanniano M, nullius esse momenti.

Nunc quoniam de melioribus egi codicibus ad eos transibo libros manu scriptos, quos deteriores significat Emperius. Qui codices quo familiaritatis vinculo inter se coniuncti sint, nemo adhuc enucleare conatus est; atque profecto hanc quaestionem certe diiudicare hoc tempore vix possumus propterea quod cum alia fere oratione alius collatus est codex. Sed quantum de eorum affinitate dici potest, in tertia dissertationis parte exponere conabor, atque nunc quidem summam huius explicationis paucis verbis afferam. Ut melioris generis codices, ita deterioris libri in duas distribuendi sunt familias: in eos codices, qui ex libro ϑ originem ducunt, et in eos, quorum fons est codex ψ. Deinde autem libri, qui illi adscribendi sunt familiae, in duas

---

[1]) Unde factum sit, ut Parisini B lectiones totiens cum codicibus NO conspirent, in tertia demonstrabo parte.

diffluxerunt partes; atque codices quidem Parisinus A et Monacensis O ex codice ε, libri autem DEFNUX ex codice $\varkappa$ derivati sunt. In alterius autem familiae codicum numero sunt libri Mosquensis R atque Venetus T; praeterea commemoranda mihi est editio Veneta, quam, sicuti Emperius exponit[1]), Federicus Turrisanus — auctor huius editionis — expressit ex codice illo Veneto T. Unde apparet, quamdiu non ipse codex T plene collatus est[2]), editionis Venetae lectiones non neglegi, sed ad cognoscendas genuinas scripturas libri δ, archetypi deteriorum codicum, usurpari necesse esse.[3])

Ex his cum intellegamus ad restituendas genuinas archetypi lectiones duobus diversis codicum generibus opus esse, quaerendum nobis est, quantum valeant ei codices, qui ex codice γ defluxerunt, quantumque ei, quorum fons est codex δ. Atque Emperius quidem quid censuerit de his libris, intellegimus ex praefationis pag. IX § 4, ubi dicit: „at ne his quidem sine detrimento careri potuerat; nam aliquoties vera scriptura in his reperitur, ubi libri meliores corrupti sunt“, et ex p. 829, ubi scriptum videmus: „ceterum ne deteriore quidem genere possumus carere; nam meliores illae familiae aliquoties correctoris scripturam habent, etsi aliquanto saepius deterioris generis libri interpolati sunt.“ Sonnyus[4]) autem eorum auctoritatem valde auxit scribens: „Im allgemeinen ist Klasse 1 (scil. die schlechteren Handschriften) corrupter als Klasse 2 (scil. die besseren Handschriften), jedoch, wie ich glaube, zuverlässiger. Es scheint nämlich, dass viele Lesarten der 2. Klasse auf gewandter Interpolation beruhen.“ Atque ego Sonnyo, non Emperio adsentior; nam quamquam exemplis ille sententiam non fulsit, saepius tamen apparere mihi videtur interpolationibus meliores laborare libros. Accuratius autem de ea re non agam in hac dissertatione, ubi praecipue de codice Parisino B et de libris Monacensibus N et O dicere mihi proposui. Sed posteris temporibus fore ut in eam rem incumbere mihi liceat vehementer spero.

---

[1]) Cf. Emp. p. XVI § 35.

[2]) Nulla alia oratio nisi duodevicesima collata est cum cod. T.

[3]) Pro codice T, ex quo descripta est editio Veneta, semper — excepta oratione XVIII — hanc ipsam editionem afferam.

[4]) Fleckeiseni annales, vol. 133 (1886), p. 96.

Nunc igitur diiudicantibus nobis, quantum ad restituendas genuinas archetypi lectiones valeant meliores codices quantumque deteriores, haec criticae artis via ingredienda mihi videtur. Omnium primum circumspiciendum est, quid ex melioribus codicibus, qui non tantopere corrupti sunt quantopere deteriores libri, lucrari possimus, atque libri γ scripturae omnibus eis locis, ubi servari possunt neque interpolationibus ortae sunt, in textum sunt recipiendae. Eis autem locis, ubi meliores codices corrupti sunt, deteriorum autem librorum lectiones possunt defendi, pro vitiosis meliorum codicum scripturis probandae sunt deteriorum librorum lectiones.

Eodem igitur fere modo Dionis orationes memoriae mihi videntur proditae esse atque, ut exemplum afferam, hae Euripidis tragoediae: Hecuba, Orestes, Phoenissae, Andromache, Hippolytus; eas enim tragoedias si restituere studemus, non solum codicibus Marciano atque Vaticano, verum etiam libris Laurentiano atque Palatino auctoritas tribuenda est.

Pars altera.

Praeter meliores atque deteriores Dionis Chrysostomi codices, de quibus in prima dissertationis parte egi, Emperius duos enumerat libros manu scriptos, Parisinum 2958 (B) atque Mediolanensem (L), de quibus haec dicit[1]): „Denique sunt quidam libri utriusque generis tamquam medii, qui ab aliquo exemplo derivari videntur e codice diversi generis correcto; talis est B (Parisinus) et L (Mediolanensis)"; praeterea codicis B mentionem faciens exponit haec[2]): „codex iste medius est quodammodo deterioris et melioris generis". Ex his intellegimus verbis mixtos Emperium putare hos codices. Hanc docti illius viri sententiam Hilgersius[3]) refellere studet, qui in quinta dissertationis pagina de codicibus Meermanniano M atque Parisino B agens profert haec: „Quam ob rem nescio, an non quo iure Emperius codicem M in meliorum librorum ordine posuit, eodem in eo codicem B collocare potuerit." Arbitratur igitur Hilgersius codicem B in meliorum librorum numero esse. Cuius viri opinioni si adsentimur, in restituendis genuinis archetypi lectionibus longe aliam criticae artis viam nos ingredi necesse esse apparet. Ex Emperii enim sententia omnes codices Dionei in tria secernendi sunt genera: in meliores, deteriores, mixtos libros; Hilgersium autem si sequimur, deteriores tantum atque meliores exstant libri. Nam cum Mediolanensis L — si Emperio fidem tribuimus — artissima affinitate cum codice B coniunctus sit, etiam hic liber melioribus

[1]) praef. p. IX § 5.

[2]) praef. p. XIV § 27.

[3]) In Dionis Chrysostomi orationem Alexandrinam observationes, Bonnae 1851.

adscribendus est codicibus, quamquam Hilgersius illud silentio praeterit.

Multis igitur locis, si ab Hilgersii stamus parte, aliae in textum recipiendae sunt scripturae atque nunc in editionibus exstant; sed etiamsi Emperio adsentientes Parisinum B mixtum esse codicem iudicamus, triginta fere locis non eae ex mea quidem sententia probari possunt lectiones, quas apud Emperium atque apud Dindorfium invenimus. Quae cum ita sint, non ineptum esse puto accuratius de Parisino B agere.

Atque primum quidem demonstrabo Parisinum B mixtum esse codicem; deinde vero exponam archetypum huius libri olim in deteriorum codicum numero fuisse, postea autem ad archetypum codicis Vaticani V correctum esse; tum diiudicabo, quanta auctoritas ei tribuenda sit.

Permultis locis, ubi meliores alias atque deteriores libri exhibent lectiones, et codicis M et codicis B scripturas easdem esse concedo, quam ob rem affinitas quaedam quin inter hos duos exstet libros, dubium non est. Hoc autem familiaritatis vinculum non tam artum mihi videtur esse, ut in una eademque familia hi codices numerandi sint; verum duabus permotus causis persuasum habeo codicem B etiam cum deterioribus cohaerere libris.

Nam primum quidem omnes codices Dionei, si orationum spectamus ordinem, in duo secernendi sunt genera. In melioribus enim libris idem invenitur ordo, quem Photius, qui in „Bibliotheca“ Dionis mentionem fecit, ante oculos habuisse videtur. In deterioribus autem codicibus orationes in eundem redacti sunt ordinem, quem nosmet in editionibus cognoscimus. Sed cum Parisinus B, quem Hilgersius melioribus adscribit codicibus, conspiret in ea re cum deterioribus libris, hoc sine ulla dubitatione apparet orationum ordinem repugnare docti illius viri sententiae.

Huc accedit, quod, quamquam saepissime in codicibus M et B eaedem insunt lectiones, permultis tamen locis alter codex alteram exhibet scripturam; neque enim, si accuratius illos locos inspexeris, dices has discrepantias omnes ex mero librariorum errore ortas esse.

Sufficiunt autem scripturae ex decem circiter orationibus

repetitae, ut demonstrem familiaritatis vinculo codicem B cum deterioribus coniunctum esse libris. Atque eas quidem eligam orationes, quibuscum non solum deterioris generis aliquis codex praeter editionem Venetam collatus est, verum etiam aliquis ex eorum librorum numero, qui in melioris generis familia HPC numerandi sunt. Ad has igitur animum advertamus orationes: I, II, IV (inde a paragrapho 78), V, VI, VII, VIII, IX, X, XII.

Praeterea id haud parvi mihi videtur momenti esse magnum exstare discrimen inter eos locos, ubi Parisini B atque deteriorum codicum scripturae probandae atque ubi reiciendae sunt. Nam si in his libris bonae insunt lectiones, meliores autem codices corruptas exhibent scripturas, facile dicat quis illos locos propterea Hilgersii sententiae non repugnare, quod etiam in archetypo libri V[1]) bonae illae fortasse fuerint scripturae, quas Vaticani V librarius neglegentia perverse exaraverit. Longe autem aliter res se habet eis locis, ubi Parisinus B atque deteriores libri corruptas memoriae produnt scripturas, melioribus autem codicibus fides tribuenda est. Quibus locis certe etiam in codice B, si re vera in melioribus numerandus esset libris, bonae illae exstarent scripturae: nisi forte putes librarii errore illis locis codicem B eodem modo atque deteriores libros depravatos esse; sed hoc ita se habere in tanto locorum numero nemo opinabitur. Quae cum ita sint, ei potissimum intuendi sunt loci, ubi Parisinus B atque deteriores libri easdem corruptas exhibent scripturas. Depravatas igitur lectiones proferre mihi liceat. Atque primum quidem eos enumerabo locos, ubi et in Parisino B et in deterioribus codicibus aut omittuntur verba, quae in ceteris insunt libris, aut exstant voces, quas in ceteris codicibus scriptas non videmus.

Oratio I.

13, 8: BNO om. *ἀλλ᾽ οἷον*, CPM[2]): *ἀλλ᾽ οἷον*; 43, 5: BNO om. *παρά*; 54, 7: BNO om. *καὶ τοὺς γεωργούς*; 42, 2: BNO

---

[1]) Infra demonstrabo archetypum Parisini B — quem significare liceat signo B^a — non ad ipsum Vaticanum V, sed ad eius archetypum correctum esse.

[2]) Verba *ἀλλ᾽ οἷον* in codice M obelo sunt notata; sed cum in prima parte intellexerimus hoc signum ab aliquo librario additum esse, cui deterioris generis codex aliquis praesto erat, obelus nullius est momenti.

το εὔδαιμον, CM om. τὸ; 57, 5: BNO ὡς ἔστι μαθεῖν, CMVP om. hoc; 65, 6: BNO om. ἐν ἀνθρώποις; 77, 3: BNO δὲ καὶ, CM καὶ.

Oratio II.

13, 7: BO om. ἔφη; 22, 3: BNO καὶ, CM καὶ τοῦ; 27, 2: BO om. καί; 33, 11: BANO om. τήν; 36, 3: BNO τὸν ἀκινάκην τοῦ, CM τὸν γὰρ ἀκινάκην τόν; 36, 5: BNO καὶ τῶν, CM τῶν; 41, 5: BNO τὰ περί, CM περί; 42, 2: BO om. καί; 46, 3: BNO ἀεὶ τούς; CM τούς; 48, 2: BNO ποίαν δέ τινα δεῖ, CM om. δέ; 53, 7: BNO om. τὰς εὐτυχίας; 59, 8: BNO om. τᾶς; 73, 7: BNO om. τοῖς.

Oratio IV.

89, 4: BN εἴ πως ἂν, CM ἄν πως; 101, 4: BNO om. καί; 102, 1: BNO καὶ ἑλίξεις, M ἕξει; 112, 6: BNO ἀεί, CM ἀεί ποτε; 128, 2: BO γὰρ εὐδοκιμήσῃς, CM εὐδοκιμήσεις.

Oratio V.

2, 2: BN om. μοι; 22, 4: BAN om. εἶδος.

Oratio VI.

4, 7: BNX om. οὐ; 8, 7: BNX πειρωμένων ὑγίαινέ τε καὶ ἔφη, CMβ πειρωμένων; 9, 4: BN ἤχθετο δὲ, CM ed. Ven. om. δέ; 11, 3: BNX οἰκεῖαν καὶ τροφῇ μὲν, V οἰκεία τροφὴ μὲν, BM οἰκότροφοι μέν; 19, 3: BN om. μηδεμίαν; 29, 3: BN om. καί; 35, 3: BN om. ἁπάντων τυγχάνειν, φοβούμενον μὲν ἐν τοσούτῳ χρυσῷ πενίαν; 38, 3—6: BN om. καὶ διερευνᾶσθαι μὲν τοὺς προσιόντας, μή τις ἔχοι σίδηρον, ἐν μέσῳ δὲ ζῆν τῶν σιδηροφορούντων. φεύγειν δὲ ἀπὸ μὲν τῶν ἀνόπλων πρὸς τοὺς ὡπλισμένους; 38, 6: BN χωρεῖν, PCM om. hoc; 45, 8: BN om. τῶν ἀπείρων; 46, 4: BN om. διὰ τοῦτο.

Oratio VII.

18, 4: BAL om. οὕτως; 22, 5: BN om. καὶ μεγάλας; 66, 6: BN καὶ, CM τε καὶ; 81, 1: BN διόπερ καί, rel. om. hoc; 86, 7: BN ταῦτα περὶ, HPCM παρά; 106, 6: BN ὅταν, CM τε ὅταν; 107, 2: BN τῶν, CM ἐκ τῶν; 122, 2: BN τὰ παρὰ, CM παρά; 127, 5: BN ἤ, CM ἡ γάρ; 127, 7: BN εἰ, CM om. hoc; 128, 1: BN οὐ χρή, CM χρή; 128, 5: BN εἰ, CM om. hoc; 134, 2: BN ἃ πρότερον, CM πρότερον; 138, 6: BN καὶ κατὰ

λόγον, CM καὶ λόγον; [illegible] ... κοινάς; 140, 9: BN μὴ τό, CM [illegible] ... om. δή.

Oratio [illegible]

4, 8: DB om. ὁ; 5, 4: BDXF [illegible] ... CM δεῖν οὖν; 8, 5: CYM ἐπὶ τοῖ[illegible] ... τοις; 18, 4: BDX καὶ ἐπέβησαν, M [illegible] ... τρόπος, CMV τρόπος.

Oratio IX.

1, 8: BQ om. καί; 4, 4: BQ [illegible] ... BQ εἰ ἐπιδημοῦντος, CM om. εἰ; 16, [illegible] ... [illegible]

Oratio X.

16, 5: BQ om. οὔτε χεῖρας; 16, 9, [illegible] ... BQ ἀλλὰ καί, VM ἀλλά.

Oratio XII.

68, 18: BA om. ἴκελος; 79, 3: BA [illegible] ... om. γάρ.

Deinde eorum mentionem faciam locorum [illegible] ... [illegible] codices eadem corruptas e[illegible] ... [illegible] discrepant a melioribus libris, q[illegible] ... [illegible] locis, verba aut plane omit[illegible] ... [illegible]

Oratio I.

[illegible] PCVM τὸν αὐτῆς; [illegible] ... [illegible] CM ἐμμελῶς [illegible] ... [illegible] BNO [illegible] σχολ[illegible] ... [illegible] M [illegible] 30, 4: [illegible] ... [illegible] CB πλεῖο[illegible] ... [illegible] 32, 2: BO [illegible] ... [illegible] M τούτων; [illegible] ... [illegible] BNO [illegible]

[illegible]

Oratio II.

[illegible]

O Ὅμηρος ποιῶν, CM ποιῶν Ὅμηρος; 20, 3: BNO τοῦ- μέντοι, CM τοῦτον μέν; 22, 8: BNO κατέχειν, CM κατα- ῖν; 22, 8: BO χρήσηται, rel. χρήσεται; 30, 1: BNO ἔνθα, I ἐνταῦθα; 40, 4: BNO ἄλσει, M ἄλσεσι; 47, 1: BNO ἰχθύν, M ἰχθύων; 47, 3: BNO ὅπερ, CM ὥσπερ, V om. hoc; 58, 2: NO οἷαν, CPMV οἷον; 59, 9: BNO πάτρι, CM πάτριον; , 1: BNO χόρευμα, CM χορεύματα; 63, 4: BANO ἐλεφαν- να, M ἐλεφαντίνῃ; 68, 1: BNO βασιλέα, CM βασιλείαν; 68, BNO καὶ ἐξαριθμούμενον, V καὶ ἀριθμούμενον, CM om. ιί; 68, 2: BNO ἑτοίμῃ καὶ ῥαδίᾳ ἥσυχῇ τε, MVP ἑτοίμῃ I ἐρίμῃ] καὶ διαίτῃ χρῆται; 68, 3: BNX νεμομένοις, rel. νε- ὁμενος.

Oratio IV.

79, 3: BNO τῷ λόγῳ, CM τὸν λόγον; 86, 4: BNO κα- άμην, CM κάλαμον; 89, 4: BNO πορίζειν, CM πορίζον- ας; 90, 2: BN τὸ περὶ, VO τῷ περὶ, CM περί; 90, 5: BNO ἵ, PCVM ἅ; 92, 1: BNO ἀγέλαστος, M ἀνήλατος; 94, 9: BNO ε ὁδούς, CM περιόδους; 95, 3: BNO γίγνοιντο, rel. γίγνοιτο; 01, 8: BNO δὶς τῆς, PVM καὶ τῆς; 102, 7: BNO ἀγόμενος, CM ἄγων; 103, 4: BNO τινῶν μοιχικῶν, CM μοιχικῶν τι- νων; 106, 5: BNO πολλαῖς, CM πολλῶν; 122, 3: BNO ἐπι- νοίαις, CM ἐπαίνοις; 123, 4: BNO ἂν καί, PCMV ἂν οὖν; 124, 4: BNO τῆς βίας, CM τοῦ βίου; 133, 2: BNO πράττον- τες, CM προστάττοντες; 135, 8: BNO ἐρώτων, CM ἔρωτος; 136, 1: BNO ἐξ οὗ, CM ὡς; 137, 3: BNO λανθάνειν, CM λανθάνων; 138, 8: BNO παθεῖν, CM παθῶν; 139, 3: BNO οἷ, CM ἅ.

Oratio V.

4, 2: BN ἑαυτὸν, VM ἐπ' αὐτόν; 7, 4: BN ἕνεκα, CM ἕνεκεν; 19, 5: BN ὑπέρ, CM ἀπό; 21, 1: BN τῶν πολλῶν, PCMV τοὺς πολλούς; 25, 5: BN κἆτα, CM καὶ τούς.

Oratio VI.

1, 4: BNX τῷ χειμῶνι, CMβ τοῦ χειμῶνος; 5, 3: BN τὸ δέ, MC τό τε, V τό γε; 6, 3: BNX αὐτῷ, CMβ αὐτόν; 11, 1: BXN ἀφθόνως, CMβ ἀφθόνῳ; 18, 2: BN οὕτω φάναι, CMβ οὕτως εἶναι; 20, 4: BN ὥς γε, CMβ ἅτε; 25, 2: BN μηδέν, CMβ μή; 29, 1: BN οὐδὲ γάρ, CMβ οὐ γάρ; 32, 1: BN δρᾶν, CMβ διορᾶν; 34, 5: BN ἀπαγγέλλωσι, M ἐπανέλλωσι, Cβ ἐπ-

αγγέλλωσι; 42, 7: BN *προειληφότων*, CPVM *παρειληφότων*; 38, 9: BN *ζῆν*, CM *ζῆσαι*; 47, 2: BN *ἤδη*, M *ἡδεῖον*, C *ἥδιον*; 48, 6: BN *μηδέ*, CMV *μηδέποτε*; 58, 3: BN *ἄλλως*, CM *ἢ ἄλλος*.

Oratio VII.

1, 5: BLN *οἱ πρεσβύτεροι*, CM *ἀμφότεροι*; 4, 2: BN *ὁρῶν*, CML *ὁρῶ*; 6, 4: BLA *εἶπον*, M *εἶπεν*, CN *εἶπε*; 10, 4: BLN *παίδων*, CM *παιδίων*; 36, 1: BLN *δοκεῖν*, CM *δοκεῖ*; 40, 2: BLN *ἐργάσηται*, CM *ἐργάζηται*; 48, 7: BN *ὑμᾶς δεῖ ἀφαιρεῖσθαι*, HPM: *ὑμᾶς ἀφαιρεῖσθαι δεῖ*; 52, 4: BA *κῆδος*, rel. *κέρδος*; 54, 2: BN *ἐπειδὴ*, CM *ἐπεὶ δὲ*; 55, 2: BN *πατέρα καθημένον*, CM *παρακαθημένον*; 81, 6: BA *οἵ γε δή*, C *εἴ τι*, M *σιγή*; 82, 7: BN *οὐδὲ γάρ*, CM *οὐ γὰρ δή*; 88, 1: BN *ἔθος*, CM *ἔθους*; 89, 4: BN *τοῖς πρότερον*, M *τοὺς πρότερον*; 111, 2: BN *εἴ τις οὖν*, CM *ἡτισοῦν*; 113, 1: BN *πράττοντας*, CM *πράττοντες*; 114, 5: BN *φροντίζοντες*, M *φροντίζειν τάς*; 117, 4: BN *ἐσθῆτι*, CM *ἐσθῆτος*; 144, 4: BN *οὗ*, CM *ὧν*; 146, 2: BN *ἔμελλεν*, CM *ἔμελλον ἐν*; 151, 1: BN *ὡς ὅ γε*, M *ὥς τε*.

Oratio VIII.

1, 5: BDAXF *οὗτος*, CVM *Ξενοφῶν*; 1, 5: BDFX *ἔφυγε*, VCM *ἔφευγε*; 5, 5: BDX: *πολλοὶ νοσοῦσιν*, PV *πολλοὶ κάμνουσιν*, CM *πλεῖστοι κάμνουσιν*; 7, 5: BDXF *πάντες ἄθρωποι ὀφθαλμοὺς αὐτῷ ἐπεδείκνυον*, VCM *πάντες ἂν οἱ ὀφθαλμιῶντες αὑτοὺς ἐπεδείκνυον*; 7, 5: BD *ἤ*, VCM *εἰ*; 9, 10: BDX *ὅταν τύχῃ*, CVM *ὅτι τύχοιεν*; 11, 6: BDX *θεώμενος*, CVM *θεασάμενος*; 12, 5: BDX *τοὺς σώφρονας*, CPVM *τοὺς σωφρονίζοντας*; 16, 4: BDX *καόμενον*, VM *καιόμενον*; 17, 6: BDX *οὓς κατέλαβον*, VM *οὓς καταλαβόντες*; 26, 5: BDX *ἀθέτων*, CVM *ἀθλίων*; 28, 3: BDX *ἄνωθέν που*, VM *ἀνθρώπου*; 31, 1: BD *Διομήδη*, VCM *Διομήδην*; 34, 5: BDX *αὐτοῦ καὶ ἀσθενέστερος*, PCMV *καὶ ἀσθενέστερος αὐτοῦ*; 35, 3: BDX *ἐκάθηραν*, M *ἐκάθερεν*, VC *ἐκάθαιρεν*.

Oratio IX.

9, 7: BQ *στρεφομένου*, CM *στρεφομένῳ*; 12, 5: BQ *ἄξιος*, M *ἄξιοι*.

Oratio X.

9, 3: BF *παραμελούντων*, M *παρανενούντων*; 17, 2: BQ *ἀπηγόρευον*, CM *ἀπαγορεύω*.

Oratio XII.

10, 5: BA ἄν, CMU ἐάν; 12, 9: BU βούλεσθε, AM βούλεσθαι; 28, 14: BAU δηλῶς, M δηλῶσαι; 32, 3: BAU αἰσθανομένοις, CM αἰσθανόμενοι; 37, 1: BAU τῆς, M ἧς; 54, 6: BAU ἐδύναντο, M ἠδύναντο; 68, 3: BAU ἐναργεῖ, CM ἐναργῆ; 69, 9: BUA ῥαδίως, CM ῥαδίας; 85, 3: BDE οὗτος, CMAU οὕτως.

Ex his intellegimus in decem Dionis orationibus ducentos exstare locos, ubi codex Parisinus B easdem corruptas exhibet scripturas atque deteriores libri. Atque discrepantiae quidem, quae intercedunt inter hos codices atque inter meliores libros, sunt tantae, ut casu quodam librarium codicis B eadem textui inculcasse menda, quae insunt in deteriorum codicum genere, ut iam dixi, credi non possit. Ex ea igitur re eodem modo atque ex illa quam supra protuli causa plane apparere mihi videtur codicem B non in meliore numerandum familia MV, sed medium quasi esse inter deteriores codices atque inter libros MV.

Haec quam exposui sententia etiam nonnullis comprobatur locis, ubi Parisini B scripturae et a melioribus et a deterioribus recedunt codicibus. Neque enim, quomodo illae libri B lectiones ortae sint, explicare possumus, nisi putamus codicem B^a ad meliores correctum esse libros.[1]) Eis locis meliorum codicum scripturae bonae sunt, reiciendae autem et codicis Parisini B et deteriorum librorum lectiones. Or. IV 124, 3 codices CM haec exhibent λεγομέναις δή, NO editio Veneta λεγομένων, B λεγομέναις. Hoc loco codicem B^a eandem olim exhibuisse scripturam atque deteriores libros pro certo habeo; postea autem haec lectio codicis ξ[2]) auctoritate mutata est in hanc λεγομέναις; vocem autem δή adscribere librarius non necessarium iudicavit. Or. VI 53, 6 codicibus CM haec tradita sunt: πληγήσεσθαι πανταχόθεν, codice Monacensi N atque editione Veneta δὲ πανταχόθεν πληγήσεσθαι, codex autem Parisinus B exhibet δὲ πληγήσεσθαι πανταχόθεν. Plane ex sententia mea apparet hoc loco in codice B vocem δὲ propterea inesse, quod deterius codicum genus hanc particulam exhibet, verborum autem ordinem ad meliores correctum esse libros censeo. Or. XI 62, 5 in codice M inest δή, in

[1]) Cf. p. 14 adnot. 1.

[2]) Sic nominare mihi liceat archetypum Vaticani V.

Parisino A γε, codex autem B horum duorum codicum scripturas complectitur exhibens γε δή. Idem factum est or. XXXI 1, 1, ubi in codice M scriptum videmus ἐστιν, in codice Urbinate U ὦ, in codice autem B ἐστιν, ὦ.[1])

Sed priusquam accuratius demonstro codicem B^a cum deterioribus cohaesisse codicibus, postea autem ad librum § correctum esse, de aliis quibusdam dicendum mihi est rebus.

Praeter quattuor de quibus dixi locos, ubi Parisinus B, quamquam a Meermanniano M discrepat, cum deterioribus tamen non consentit codicibus, centum quinquaginta septem in eis, quas attuli, orationibus exstant loci, ubi Parisinus B proprias exhibet scripturas, quae in nullo alio inveniuntur libro. Quibus locis cum libri B lectiones non, sicuti supra, inde originem ducant, quod codex B^a ad codicem § correctus est, dixerit aliquis codicem B^a propriis quasi rivulis ex Dionis archetypo emanasse, deinde autem et ad deteriores codices et ad librum § correctum esse. Hanc vanam esse sententiam ut demonstrem, tribus verbis etiam de eis dicam locis. Ex permagno illorum numero centum quadraginta unus tales sunt, ut scripturae, quae insunt in Parisino B, laborent depravationibus. Propter has lectiones nemo profecto opinabitur codicem B^a ex ipso archetypo haustum esse. Restant igitur quindecim loci, ubi Parisini B scripturae probandae esse videntur; hi sunt: III 1, 8: B αὑτοῦ, rel. αὐτοῦ; III 24, 2: B

[1]) Et Emperius et Dindorfius quod probaverunt codicis B scripturam εἰκός μέν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ῥόδιοι, non recte videntur mihi fecisse. Nam si codice B genuina archetypi scriptura servata nobis esset, librarium codicis γ interiectionem ὦ, codicis autem δ copulam ἐστιν omisisse putandum esset; quod cum non multum habere mihi videatur probabilitatis, Meermanniani M scripturam εἰκὸς μέν ἐστιν, ἄνδρες Ῥόδιοι, in textum recipiendam esse iudico. Rockelius enim (De allocutionis usu, qualis sit apud Thucydidem, Xenophontem, oratores Atticos, Dionem, Aristidem. Regismont. 1884) demonstravit interiectionem ὦ omitti posse, dicens p. 52: „Usus autem interiectionis (ὦ), quam quidem dimidia pars allocutionis non praebet, cum historicorum congruere videtur, qui pariter et omissa interiectione et posita vocula ὦ compellant audientes.“ Unde autem in codicem δ vox ὦ pro verbo ἐστιν irrepserit, facile cognosces, si in memoriam reduces copulam ἐστίν in libris manuscriptis hoc significari signo: ⸓, litteram autem ὦ sic scribi: ∞; facile igitur neglegentia quadam haec duo signa commutari potuerunt.

δεκάζει, PCVNO δικάζει, ed. Ven. δικάζειν; III 25, 2: B ἐθέλειν, C ἐθέλην, NO ed. Ven. ἐθέλης; III 41, 7: B καὶ λευστῆρα, PCV κελευστῆρα, NO ed. Ven. καὶ λῃστῆρα; V 16, 3: B τελειοτέραν, M τελειωτέραν, VN ed. Ven. τελεωτέραν; VI 38, 2: B δ' ἑαυτόν, Mβ ed. Ven. δὲ αὐτόν; VII 84, 5: γάμον γε, MN ed. Ven. γάμον τε, HPC om. γε; XII 14, 4: B ταὐτά, PCM UA ed. Ven. ταῦτα; III 75, 3: B οὐρανὸν, rel. ἄνθρωπον; VI 59, 4: B ἢ τούς, C ἢ γοῦν, N ed. Ven. ἤ; VI 60, 5: B μὲν, rel. om. hoc; VII 28, 4: B ὑποτελοῦσι, CMHP ὑπερτελοῦσι, N ed. Ven. ἐπιτελοῦσι; VII 69, 6: B ἐνταῦθα, rel. καὶ ἐνταῦθα; VII 101, 1: B καί, rel. καὶ τούς; VIII 25, 4: B ὄντες, rel. ἰόντες. Sed ne ei quidem loci repugnant sententiae meae, codicem B^a olim in deteriorum librorum numero versatum, deinde autem ad librum ξ correctum esse. Ex coniecturis enim, sicuti infra demonstrabo, bonae illae codicis B scripturae originem ducunt. Praeterea, si re vera ipse archetypus fons esset codicis B^a, in decem orationibus, quae centum duodeseptuaginta paginarum spatium in Emperii complectuntur editione, maior sine ulla dubitatione quam quindecim locorum numerus exstaret[1]), ubi in solo Parisino B bonae insunt scripturae.

Praeterea unum et quadraginta in illis orationibus inveni locos, ubi Parisini B lectiones eaedem sunt, quae exstant in codicibus HPC, reliqui autem libri abhorrent ab illis scripturis. Quapropter arbitraberis fortasse codicem B^a non solum ad codicem ξ, verum etiam ad eam librorum familiam correctum esse, quae nunc constat ex codicibus HPC. Hoc autem reiciatur necesse est. Nam si accuratius illas lectiones intuemur, cognoscimus viginti tribus locis eas esse probandas; bonae autem hae lectiones propterea nihil valent, quod etiam codex ξ easdem bonas exhibere potuit scripturas. Huc accedit, quod Parisinus B, sicuti infra exponam, coniecturis est impletus; fortasse igitur casu quodam coniecturae via eaedem scripturae in hunc librum illatae sunt, quae exstant in codicibus HPC. Ceteris autem locis, ubi consentientes codicum MV et deteriorum librorum lectiones praeferendae sunt codicibus BHPC, omnes horum librorum discrepantiae tam leves sunt, ut facillime fieri possit, ut casu

[1]) Etiam in reliquis orationibus perraro solus codex B bonas exhibet scripturas, sicuti infra exponam.

quodam Parisiui B scripturae conspirent cum codicibus HPC. Itaque ne hinc quidem concludere licet eum librum etiam cum codicibus HPC cohaerere. Quod quam vere dictum sit ut demonstrem, depravatas librorum BHPC scripturas nunc proferam: Oratio I: 10, 4: BCP *δή*, MNO *δεῖ*; 22, 3: BP *μηδέ*, rel. *μή*; 28, 3: BCP *οὐδέποτε*, rel. *οὐδεπώποτε*; 47, 4: BP *τεθνηῶτι*, V *τεθνηότι*, CMN *τεθνεῶτι*; 54, 4: BCP *ἔχει*, MN *ἔχοι*. — — Oratio II: 50, 6: BC *ἐκόμισε*, CMN *ἐκόμισσε*. — Oratio IV: 108, 2: BP *ἄτρεστος*, M *ἄτρεπτος*, C *ἄτρετος*. — Oratio VII: 9, 5: BLCUP *κηρύκια*, MN *κηρύκεια*; 27, 6: BC *καταβαλλόντες*, ML *καταβαλόντες*, AN *καταλαβόντες*; 44, 7: BH *γε νέα*, PCMN *γενέα*; 71, 4: BC *λαγών*, M *λάγω*, N *λαγώ*, H *λαγῶ*; 109, 1: BC *ἄττα*, MN *ἅττα*; 122, 3: BP *ψεγόμενα*, CM *ψέγομεν*. — Oratio X: 15, 3: BP *αὐτοῦ*, CM *σαυτοῦ*. — Oratio XII: 14, 11: BC *εἶτα*, MAU *εἴτε*; 36, 7: BP *μολύβδου*, rel. *μολίβδου*.

Ex his, quae exposui, plane apparet eos locos, ubi codex B aut proprias exhibet scripturas aut conspirat cum libris HPC, non repugnare ei sententiae, codicem B^a olim in deteriorum codicum numero fuisse, postea autem ad codicem § correctum esse.

Iam, ut mihi proposui, accuratius exponam, quomodo mixtus codex B^a ortus sit. Cogitari enim potest, librario huius codicis duo praesto fuisse libros manuscriptos, codicem § et codicem ε[1]), ex quibus librum B^a commiscuerit; praeterea autem etiam hoc credibile est codicem B^a olim in deteriorum codicum numero fuisse, deinde autem a docto aliquo viro ad librum § correctum esse. Hanc quaestionem si diiudicare studemus, summi est momenti, quo familiaritatis vinculo Parisinus B cum Mediolanensi L coniunctus sit, quam ob rem paucis de illo codice dicendum est, priusquam ad rem ipsam perveniam. Emperius de eo libro agens[2]) haec profert: „fere conspirat cum B; ubi ab hoc libro deficit, cum M; igitur hic quoque medius est utriusque generis.“ Intellegimus igitur doctum illum virum hunc codicem eidem adscripsisse generi atque Parisinum B, id quod iusto iure fecisse

[1]) Sic nominare liceat eum deterioris generis librum, quocum codex B^a artissime cohaesit.

[2]) Cf. praef. p. XVI § 38.

mihi videtur. Atque etiam hoc probandum est nonnullos exstare locos, ubi in L eaedem insunt scripturae atque in Meermanniano M, Parisinus B autem deteriorum codicum exhibet lectiones; contra nonnullos alios inveni locos, ubi codice B meliorum librorum scripturae traditae sunt, codex autem L conspirat cum deterioribus codicibus. Habes hos locos: oratio VII 4, 2: MLC *ὁρῶ*, BN *ὁρῶν*; 7, 8: MLC *ἐπιμελησόμεθα*, BN *ἐπιμεληθησόμεθα*; 23, 7: ML *κόμην*, HCBN *κώμην*; praeterea 1, 7: BM *σχεδόν τι*, LCN om. *τι*; 6, 2: BMC *παρ' ἡμῖν, ἔφη*, PLN *ἔφη, παρ' ἡμῖν*; 7, 1: BMC *οὔκουν*, AL *οὐκ ἦν*; 30, 3: BM *οὐκέτ' ἐγέλων*, LN *οὐ κατεγέλων*; 34, 6: BM *ἐθέλοι*, HP *ἐθέλει*, LN *θέλοι*; 40, 7: BM *κατελάβοντο*, L *κατεβάλοντο*; 41, 1: BM *πάλιν ὁ*, LNC om. *ὁ*. Ex his intellegimus quinquies Mediolanensis L, septies autem Parisini B bonas scripturas ex codice ξ originem ducere. Nam cum supra demonstraverimus Parisinum B cum familia HPC non coniunctum esse, elucet omnibus eis locis, ubi codices B aut L conspirant non solum cum Meermanniano M, verum etiam cum aliquo huius familiae codice, scripturas librorum B aut L codicis ξ auctoritate ortas esse, non codicum HPC.

Ex illa codicum diversitate non hoc ex sententia mea concludendum est, duos diversos viros doctos studuisse mixtos conficere codices, quod permirum profecto esset, si ex eisdem libris casu quodam mixtos illos codices composuissent. Praefero igitur hanc sententiam: qui archetypum librorum BL ad codicem ξ correxit, huius codicis scripturas aut superscripsit aut margini adscripsit. Atque codicis quidem B librarius maiorem harum emendationum numerum in textum recepit, Mediolanensis autem L librarius genuinas codicis B^{a} lectiones saepius servavit. Hanc sententiam igitur qui probabit, concedet librario codicis B^{a} non duos diversos praesto fuisse libros, ex quibus codicem B^{a} commiscuerit, sed hunc librum inde ortum esse, quod doctus aliquis vir correxit codicem B^{a} ad codicem ξ.

Sequitur, ut disseramus, utrum B^{a} olim in deterioribus libris fuerit, postea autem ad codicem ξ correctus sit, an ad codicum VM familiam olim pertinens ad deterioris generis aliquem codicem correctus fuerit. Et duabus quidem causis permotus codicem B^{a} in deteriorum olim codicum numero fuisse censeo.

Orationum enim ordo, ut iam supra dixi, et in deterioribus codicibus et in Parisino B est idem. Tum longe plurimis locis, ubi codex B conspirat cum libris VM, bonas exhibet scripturas; sin autem deteriores sequitur libros, reiciendae sunt eius scripturae. Iam vero qui mixtum codicem B^a confecit, illum non hominem fuisse Graeci sermonis imperitum, sed virum doctiorem, qui optimum reddere studuerit Dionis textum, propter eam censeo causam, quod permultis coniecturis Parisinus B impletus est. Eas autem coniecturas non in ipsum codicem B, sed in archetypum B^a propterea illatas esse statuere debemus, quod Parisini B librarium haud gnarum fuisse linguae Graecae ex multis apparet corruptelis. Quae cum ita sint, non credibile est codicem B^a ad deterioris generis codicem aliquem correctum tot mendis impletum esse; verum eam amplecti necesse est sententiam, hunc librum olim in deterioribus fuisse libris, deinde autem doctum aliquem virum depravatas huius codicis scripturas auctoritate codicis ξ sanare studuisse.

Tum illius mentio mihi est facienda quaestionis, utrum cum Meermanniano M an cum Veneto V Parisinus B artius coniunctus sit. Sonnyus[1]) enim differentiam quandam exstare inter hos duos libros exposuit dicens de codice V: „seine Vorlage ist jedoch nach einer Handschrift ersterer Klasse durchcorrigiert gewesen.“ Hilgersius autem, qui hanc diversitatem non perspexit, ad illam rem animum non advertit.

Hanc ipsam quaestionem priusquam diiudicare possumus, nonnulla de origine codicum VM in memoriam sunt revocanda. In prima dissertationis parte exposuimus ipsum Meermannianum M non directo ex codice *o* haustum esse, sed exstitisse librum quendam μ, qui medius quasi sit inter codicem M atque codicem *o*. Quod ad Vaticanum V attinet, bene intellexit Sonnyus, ne hunc quidem librum directo ex ipso codice *o* defluxisse, sed ex alio quodam codice, quem littera ξ significare liceat. Aggredientibus nobis ad pertractandam ipsam quaestionem ei tantum inspiciendi sunt loci, ubi soli codices Parisinus B et Meermannianus M, aut ubi soli Parisinus B et Vaticanus V conspirant; praeterea ei quos afferamus idonei sunt loci, ubi etiam codices

---

[1]) Fleckeiseni annales, 1886, vol. 133, p. 96.

HPC easdem exhibent scripturas; supra enim exposui codicem B^a non ad HPC correctum esse, quapropter omnibus locis, ubi codices BM aut BV consentiunt cum illis libris, Parisini B scripturae originem ducunt ex archetypo codicis M aut V neque ex archetypo librorum HPC.

Quaerendum nunc est, codex B^a utrum ad codicem ξ an ad codicem μ correctus sit; hoc enim satis constat librum B^a neque ad ipsum codicem M neque ad ipsum Venetum V correctum esse. Meermannianus M enim XVI. saeculo ineunte[1]), Parisinus B autem exeunte saeculo XIV. aut ineunte saeculo XV.[2]) scriptus est. Venetus V has tantum continet orationes: I—VI, VIII, IX, X, XI usque ad § 126; omnes autem octoginta codicis B orationes ad codicem quendam, qui cohaeret cum familia MV, correctae sunt.

Codex B^a utrum ad codicem ξ, an ad codicem μ correctus sit, si diiudicare studemus, ii tantum in censum venire possunt loci, ubi depravatae insunt scripturae in codicibus BM atque BV. Nam si bonas lectiones exhibent ei libri, propterea nihil eis comprobatur, quod easdem bonas scripturas etiam in archetypo librorum μ et ξ, in codice o, exstitisse putandum est.

Atque septendecim quidem exstant loci, ubi codicum B et V scripturae sunt eaedem atque eae malae, reliqui autem codices alias exhibent lectiones. Ex earum lectionum numero septem loci nihil demonstrant propterea quod discrepantiae, quae exstant inter codices BV atque inter ceteros libros, sunt levissimae; dico hos locos: oratio I 30, 5: BVC *γινόμενος*, MO *γιγνόμενος*. — oratio II: 37, 7: BV *Σεμειράμιδος*, MCN *Σεμιράμιδος*; 43, 6: BV *δίκλειδες*, MC *δίκλιδες*, O *διακλεῖδες*; 51, 4: BV *ψελίων*, rel. *ψελλίων*. — oratio IV 135, 6: BV *Σαρδαναπάλλου*, rel. *Σαρδαναπάλου*. — oratio X 9, 5: BV *ἀκρατείας*, M *ἀκρατίας*. — oratio XI 91, 2: BV *ἐδύνατο*, rel. *ἠδύνατο*. Decem autem locis permirum profecto esset, si casu quodam eaedem corruptelae et in Parisinum B et in Vaticanum V irrepsissent; sunt autem hi loci: oratio II 47, 3: BV *καὶ τὸν*, CM *καίτοι τόν*. — oratio X: 18, 6: BV om. *εἰκός γε· οὐκ*

---

1) Cf. Emp. praef. p. XI.
2) Cf. Emp. praef. p. XIV, § 27.

ἄρα οὐδὲ χρήσεται αὐτοῖς; 13, 2: BVC om. τε; 6, 7: BV om. γάρ. — or. XI 123, 4: BV ἐτελέσθη, MC ἐπετελέσθη. — or. II: 24, 7: BV τε ἴδωσι, PCMN τ' ἐσίδωσι; 70, 6: BV προσεῖσθαι, rel. προσίεσθαι. — oratio IV 114, 1: BV τοῦτον, MNO τούτων. — oratio V 9, 5: BV ὅν, rel. ὧν. — oratio VIII 35, 3: BV πολλόν τι, F πολύτι, M πολλῶν τι. Huc accedit or. I 23, 4: BVP ἐστὶ τῆς ἡδονῆς, CMNO τῆς ἡδονῆς ἐστιν [C ἔστιν], ubi diiudicare non audeo, utra scriptura genuina Dionis archetypi sit lectio.

Ex his intellegimus codices B et V tantopere conspirare, ut ineptum non videatur putare codicem B[a] ad codicem ξ correctum esse, nisi alii loci plane repugnant huic sententiae.

Hoc autem fieri nego. Nam unus tantum exstat locus, ubi in Parisino B eadem corrupta inest scriptura atque in Meermanniano M; dico or. VIII 11, 4, ubi codices BM exhibent καταψύχοντας, libri autem CVDA καταψήχοντας. Quo loco cum levissime Parisini B atque Meermanniani M scripturae abhorreant a ceteris codicibus, apparet, hinc concludi non posse codicem B[a] ad librum μ, archetypum Meermanniani M, correctum esse.

Neque decem illis locis, ubi codices MB bonas exhibent scripturas, Vaticani autem V, sicuti ceterorum librorum lectiones reiciendae sunt, repugnant ei quam protuli sententiae. Octies enim discrepantias inter codices MB et inter ceteros libros esse levissimas, ex hac cognosces enumeratione: oratio I 58, 6: BM ἐγρηγορώς, PCVNO ἐγρηγόρως. — or. II: 16, 1: CBM μικροῦ, VNO μικρόν; 67, 8: BM αὑτῶν, PCVN αὐτῶν. — or. IX 6, 2: CMB ἀποκρίνασθαι, VQ ἀποκρίνεσθαι. — or. X: 9, 4: BM αὑτῶν, PCV αὐτῶν; 26, 3: BM Ἄλυν, PCVQ Ἀλυν. — or. XI: 68, 3: BM Τυνδάρεω, VF Τυνδάρεων; 105, 3: BM ποιήσῃ, VF ποιήσει.

Restant igitur hi duo loci: or. II 72, 6, ubi codices BMC exhibent τοὺς ἄλλους τούς, codices autem VNO atque editio Veneta omittunt voces τοὺς ἄλλους, et or. XI 55, 3, ubi in libris BM insunt haec: ἥ τε, in libris autem VF atque in editione Veneta: καὶ ἡ.

Duobus illis locis cur codices BM discrepent a Vaticano V, ita mihi videtur explicandum esse: Archetypum codicis V ad aliquem deterioris generis librum correctum esse Sonnyus, sicuti

supra exposui, recte iudicavit; or. II 72, 6 autem et or. XI 55, 3 in hoc codice eaedem exstant scripturae atque in deterioribus codicibus; itaque putandum est etiam his duobus locis codicis Vaticani V lectiones originem ducere ex aliquo deterioris generis codice. Quid igitur? nonne haec tibi placet sententia codicem B[a] correctum esse ad codicem ξ, priusquam hic ipse liber ad deteriorem aliquem codicem correctus est?

Quam sententiam si amplecteris, facile cognosces, quae auctoritas eis tribuenda sit locis, ubi non solum codices B et V, verum etiam deterioris generis libri conspirant, ut: oratio II 6, 5: BVNO *εἰ δὲ μὴ, πῶς*, CM *ἢ πῶς*; 7, 3: BVNO *ἄχθομαι*, M *ἀνέχομαι*; 17, 4: BVNO *ἅμα τῇ*, PCM *ἅμα*. De eis locis sic iudico. Codex ξ cum ea aetate, qua ad eum liber B[a] correctus est, nondum deterioris generis scripturis depravatus fuerit, Parisini B lectiones inde originem ducunt, quod B[a] olim in deteriorum codicum numero fuit; deinde autem etiam codicis ξ scripturae ex deterioribus haustae sunt libris. Omnibus igitur eis locis, ubi et codices BV et deteriores libri easdem exhibent lectiones, illorum codicum auctoritate genuinae codicis *δ*, archetypi deteriorum librorum, scripturae servatae nobis sunt, neque hoc putare nobis licet codicibus NO atque editione Veneta deteriorum, libris autem BV meliorum codicum lectiones memoriae prodi.

Qnae cum ita sint, hoc pro certo habeo codicem B[a] neque ad codicem *μ* neque ad codicem *o* correctum esse, sed ad librum ξ.

Nunc, quocum deterioris generis libro codex B[a] artissime cohaereat, exponere non ineptum esset. Sed cum disserere hoc non possimus, nisi omnes codicum Monacensis N et O scripturas enumeraverimus, in sequenti dissertationis parte de ea re agere mihi proposui.

Restat, ut de aetate, qua codex B[a] ad librum ξ correctus sit, dicamus. Codex Vaticanus V vetustissimus omnium librorum cum undecimo scriptus sit saeculo, eius autem archetypus nondum deteriorum librorum scripturis ea aetate impletus fuerit, qua codex B[a] ad codicem ξ correctus est, plane apparet non post initium undecimi saeculi mixtum librum B[a] ortum esse. Hoc autem optimam praebet ansam, ut determinemus, qua

aetate deterioris generis libri manuscripti in diversas diffluxerint familias. Sonnyus enim archetypum eorum codicum non ante exitum undecimi scriptum esse saeculi censet haec dicens[1]: „Sämmtliche Handschriften der ersten Klasse (det.) stammen direkt oder indirekt aus dem codex Urbinas 124 membr., welcher von Cobet (im Anhang zur Ausgabe von Emperius) fälschlich in das 14. Jahrhundert gesetzt worden ist. Die Handschrift ist vielmehr sicher nicht jünger als das 12. Jahrhundert. Wahrscheinlich gehört sie noch in das elfte.“ Haec sententia non recta mihi videtur esse, propterea quod non solum permultae scripturae, sicuti in tertia parte demonstrabo, Sonnyo repugnant, verum etiam ipsius Parisini B archetypus, liber B^a. Is enim codex non post initium undecimi saeculi ad codicem ξ correctus est; praeterea autem ea aetate, qua mixtus ille codex B^a ortus est, deteriores libri in diversos iam diffluxerant rivulos, id quod inde cognoscis, quod, sicuti in tertia dissertationis parte exponam, codex B^a olim artius cum codicibus Parisino A atque Monacensi O coniunctus erat quam cum Urbinate U. Ea igitur re demonstratur deteriorum codicum archetypum ante undecimi saeculi initium ortum esse, quam ob rem Sonnyi sententia falsa mihi videtur.

Venio nunc ad tertium huius alterius partis locum, ubi disserimus, quae auctoritas codici Parisino B tribuenda sit. Omnilocis utrum Parisinus B deteriorum codicum lectiones servaverit an ad meliorum codicum correctus sit familiam, quae nunc constat ex libris MV, accurate diiudicandum est. Nam si huius codicis scripturae eaedem sunt atque deteriorum librorum aut editionis Venetae, non est dubitandum, quin illis locis codici B eadem tribuenda sit auctoritas atque illi deteriorum codicum generi. Habes exempli gratia hos locos: oratio II: 11, 1: BNO *μέντοι Ὅμηρος ποιῶν,* CM *μέντοι ποιῶν Ὅμηρος*; 33, 10: BNO *μόνην κατέλιπε τὴν οἰκίαν τὴν ἐκείνου,* CM — *τὴν οἰκίαν ἐκείνου*; 59, 3: BNO *πρέπουσα τῇ Λυκούργου πολιτείᾳ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐκείνου,* CM — *ἐκείνοις.* — or. V 21, 3: BN *δὲ τὸν Ἡρακλέα,* CM *δὲ Ἡρακλέα.* — or. VII 27,

[1]) l. c. p. 95.

4: BLN *καὶ ἀμπέλους ἐμπεφυτεύκασι καὶ οἰκίας ἐνῳκοδομήκασι πολλάς*, CM *καὶ οἰκίας ἐνῳκοδομήκασι πολλὰς καὶ ἀμπέλους ἐμπεφυτεύκασι.* Omnibus eis locis ex verborum conexu discernere non possumus[1]), utra praeferenda sit scriptura, quam ob rem sola codicum fide ad eam adducimur lectionem, quam probemus. Atque Emperius quidem codicum CM scripturas suo iure in textum recepit Parisinum B deteriori librorum generi adscribens his locis. Sin autem Hilgersio adsentientes in melioribus hunc codicem numeraremus libris, codicum BNO (aut BLN) lectiones probandae essent, quia tum duo deteriores codices coniuncti cum uno ex meliore genere repugnarent codicibus MC. Iudicandum igitur esset libros BNO genuinas servare Dionis archetypi lectiones, codices autem CM depravatos illis locis esse librariorum culpa. Intellegimus igitur compluribus locis diversas in textum recipiendas esse scripturas, si ab Hilgersii aut si ab Emperii stamus parte.

Eis locis, ubi codicum VM et Parisini B scripturae inter se conspirant, apparet libri B lectiones eandem habere vim atque codicum VM.

Multo autem difficilius res se habet, si codex B discrepans et a libris VM et a deteriorum codicum genere unus omnium librorum bonas exhibere videtur scripturas. Eis enim locis lectiones Parisini B originem ducere possunt ex codice ξ, archetypo Vaticani V, in quo aliae fortasse saepius inerant scripturae atque nosmet in codicibus MV invenimus; deinde codex B^a abhorrebat fortasse ab eis deterioribus codicibus, qui usque ad hanc servati sunt aetatem. Praeterea facillime fieri potest, ut bonae illae Parisini B scripturae non genuinae Dionis archetypi sint lectiones, sed coniecturae, quae interpolatoris alicuius manu in hunc librum illatae sunt. Quae cum ita sint, ubique accurate diiudicandum est, unde illas codicis B scripturas ortas esse probabile sit.

Ex mea autem sententia neque Emperius neque Dindorfius accurate has tres conditiones discreverunt, sed omnibus locis,

---

[1]) ad II 11, 1: Hiatus, qui exstat, si scribimus *μέντοι Ὅμηρος*, post particulam *μέντοι* offensionis nihil habet. — ad II 59, 3 adnotat Reiskius: „*ἐκείνοις*, non improbo, si bono nititur auctore; sed nil deterior, quae est in Veneta *ἐκείνου*.“

ubi Parisini B lectiones ceteris libris praeferendas esse opinabantur, in textum eas receperunt. Quae cum ita sint, non ineptum mihi videtur fusius exponere, unde omnes eae codicis B scripturae, quae quidem bonae esse videntur, originem ducant. Atque primum quidem eos proferam locos, ubi coniecturae via ex mea quidem sententia bonae lectiones in Parisinum B irrepserunt. In primo autem huius partis capite ad eas nos convertamus orationes, quibuscum praeter editionem Venetam hi duo tantum collati sunt codices, Meermannianus M atque Parisinus B.

In illis orationibus duo illi docti viri persaepe codicis B scripturas in textum receperunt, ubi bonae illae lectiones sine ulla dubitatione non genuinae archetypi sunt scripturae, sed librarii alicuius coniecturae. Nam omnibus eis locis, ubi codex Meermannianus M, qui meliori librorum generi adscribendus est, easdem praebet lectiones atque editio Veneta, quae cum deterioribus conspirat codicibus, plane apparet solum Parisinum B non posse archetypi servasse lectiones, nisi forte discrepantiae, quae exstant inter hunc librum atque inter codicem M et editionem Venetam, tam leves sunt, ut casu quodam et Meermanniani M et editionis Venetae librarii eadem menda in textum recipere potuerint.

His autem quos nunc enumerabo locis Parisini B scripturae tantopere a Meermanniano M atque ab editione Veneta discrepant, ut casu quodam consentire hos duos libros non sit arbitrandum.

Or. XXXVIII 13, 4: *ἐν ποίῳ δὴ μέρει τὰ τοιαῦτα κατατάττεται.* Hanc scripturam, quae in codice Parisino B exstat, probaverunt Emperius atque Dindorfius. In editione autem Veneta pro *ἐν ποίῳ δὴ μέρει* inest: *ἐν ποίῳ μέρει δή*, atque in Meermanniano M haec videmus scripta: *ἐν ποίῳ μέρει δεῖ.* In quo codice quamquam plane apparet librarii errore pro *δή* scriptum esse *δεῖ*, hoc tamen satis constat verborum ordinem in meliore illo codice eundem esse atque in editione Veneta. Ex quo fit, ut Parisini B lectio *ἐν ποίῳ δὴ μέρει* coniectura putanda sit, quae, nisi editionis Venetae lectio *ἐν ποίῳ μέρει δή* abhorret a legibus, quae sunt de ordine verborum, in textum recipi non potest. Ex mea autem sententia non est, cur illius editionis scripturam reiciamus; or. enim XXI 1, 10 legimus:

εἰ οὕτως οἴχεται δὴ κάλλος ἐξ ἀνθρώπων, ubi Dion tertium tribuit locum particulae *δή*, quamquam saepissime illa voce vis adverbii *οὕτως* augetur. Quapropter Emperius atque Dindorfius non recte mihi videntur fecisse probantes codicis Parisini B scripturam, praesertim cum cognoscas, si accuratius in illum librum animum intendis, saepius verborum ordinem in codice B magna cum libertate mutatum esse, quod ut demonstrem, hos proferam locos: or. VII 54, 1: B *ἐγὼ τοῦτον πάλαι*, CMN ed. Ven. *ἐγὼ πάλαι τοῦτον*. — or. XIV 4, 4: B *τοῦτο καλὸν εἶναι οἴεται*, M ed. Ven. *τοῦτο καλὸν οἴεται εἶναι*. — or. XXXIII 57, 5: B *ἐφύλαττον τὰ ὦτα*, MUA ed. Ven. *τὰ ὦτα ἐφύλαττον*. — or. XXXXVIII 4, 3: B *φρονεῖτε μέγα*, M ed. Ven. *μέγα φρονεῖτε*. — or. XXXX 12, 7: *δοκεῖ ἐμοί*, M ed. Ven. *ἐμοὶ δοκεῖ*.

Or. XXXI 62, 6 in codice Meermanniano M et in editione Veneta haec videmus scripta: *ἐξ ὧν τότε ἐκείνους τινὲς εὐεργετοῦσιν καὶ προυθυμοῦντο πάσχοντες ἢ δρῶντες ὑπὲρ αὐτῶν*, quo in enuntiato praesens tempus verbi *εὐεργετεῖν* permagnam praebet offensionem, quia Dion de beneficiis hoc loco dicit, quae maiores in Rhodios contulerunt. Atque Reiskius quidem id mendum ita sanare conatus est, ut imperfectum tempus *εὐεργέτουν* in textum receperit; Emperius autem atque Dindorfius probaverunt scripturam codicis B, qui exhibet *εὐεργετήκασι*. Hoc perfectum tempus, si genuina archetypi esset scriptura, servari posse libenter concedo. Ex eis autem, quae supra exposui, elucet illam huius libri scripturam esse coniecturam librarii alicuius, quam ob rem quaerendum nobis est, nonne alia quaedam coniectura ad sanandum hunc locum magis quadret quam ea, quae inest in Parisino B. Atque ex mea quidem sententia Reiskius, ut permultis locis optime de Dione Chrysostomo meritus est, ita hic corruptelam recte emendavit scribens *εὐεργέτουν*; ex concinnitatis enim legibus, quod sequitur *προυθυμοῦντο*, imperfectum tempus multo aptius esse apparet quam perfectum.

Or. XXXI 51, 7: *τί δήποτε συμβέβηκεν;* Pro *δήποτε*, quod exhibent Meermannianus M et editio Veneta, in codice B inest *δήποτ' οὖν*, quam scripturam Emperius et Dindorfius probaverunt. Equidem autem intellegere nequeo, quam ob rem *δήποτ' οὖν* praeferendum sit particulae *δήποτε*, quam saepissime voce *οὖν* non adscripta apud Dionem invenimus.

Or. XXXXVII 15, 8 multo maiorem praebere mihi videtur difficultatem, ubi in editione Veneta haec vides scripta: *ἐπὶ τῶν εὐγενῶν πώλων καὶ τῶν σκυλάκων τὸ ἐσόμενον μέγεθος εἰκάζουσιν οἱ ὁρῶντες, ἐν οἷς τὰ κῶλα ὑψηλὰ καὶ μεγάλα, ἐὰν δὲ ταπεινὰ καὶ ἀναυξῆ, φασὶν ἀεί ποτε μένειν τοιαῦτα.* Pro verbis *ἐν οἷς* cum in Meermanniano M atque in varietate scripturae, quae e codice MS enotata in extrema editione Veneta adiecta est[1]), insit coniunctio *ἐάν,* elucet ex mea sententia Parisini B lectionem *ἐὰν ᾖ,* quam probant duo illi Dionis editores, librarii alicuius coniectura ortam esse. Nam cum neque Meermannianus M neque editio Veneta ullum habeant vestigium copulae *εἶναι,* apparet ne in codice quidem B, qui mixtus est liber, inesse posse hoc verbum nisi coniecturae via. Illa igitur Parisini B scriptura nullo modo est probanda, nisi et Meermanniani M et editionis Venetae lectiones ab legibus grammaticis plane abhorrent. Quod cum non fiat — sicuti infra demonstrare conabor —, exponendum mihi est, utrum codicis M an editionis Venetae lectionem praeferamus: nam Reiskius utramque bene se habere dicit. Editionem Venetam si sequimur, in verbis *ἐν οἷς τὰ κῶλα ὑψηλὰ καὶ μεγάλα* supplenda est copula *ἐστίν,* in sequentibus autem vocibus *ἐὰν δὲ ταπεινὰ καὶ ἀναυξῆ* verbum *ᾖ* subaudiendum est; duos autem illos diversos modos supplere haud mihi placet. Praeterea concinnitatis legibus non bene respondet, quod in priore enuntiatione inest pronomen relativum, posterior autem enuntiatio exhibet coniunctionem *ἐάν.* His duabus permotus causis censeo editionis Venetae scripturam hoc loco reiciendam atque probandam esse Meermanniani M, qui exhibet haec: *ἐὰν τὰ κῶλα ὑψηλὰ καὶ μεγάλα, ἐὰν δὲ ταπεινὰ καὶ ἀναυξῆ.* Concedo multo rarius coniunctivum quam indicativum verbi *εἶναι* omitti. Sed legis exempli gratia in Antiphontis oratione *περὶ τοῦ χορευτοῦ,* § 8, haec: *ἔπειτα περὶ τῶν ἄλλων ὧν οὗτοι κατηγοροῦσιν, ἐὰν ὑμῖν ἡδομένοις, βουλήσομαι ἀπολογήσασθαι,* ubi omittitur copula *ᾖ.* Praeterea cf. H. Fritzschium ad Eth. Eudem. p. 46, 29. Apud Dionem autem, quamquam post simplicem coniunctionem *ἐάν* nunquam omittitur copula *ᾖ,* legis tamen in or. LXXVII 4, 5

---

[1]) Cf. Emp. praef. p. XVIII § 2.

haec: *ἀγαπήσουσι γὰρ ὠνούμεναι, κἂν*[1]) *ὀλίγῳ βελτίω ἢ ὁποῖα εἰώθασιν αὐταὶ βάπτειν ἐν τοῖς ἀγροῖς ὡς ἔτυχε, καὶ οὐ ζητοῦσι δευσοποιὰ καὶ ἁλουργῆ.* Praeterea habes or. XXXXII 3, 6: *ὑπονοεῖν ἐμαυτὸν ἀναγκάζομαι, μὴ ἄρα τι τῶν ἐμῶν λόγου ἄξιον,* ubi non coniunctio *ἐάν*, sed *μή* caret copula *ἤ*.[2]) Ex his cum intellegamus bis apud Dionem omitti verbum *ἤ*, etiam illo loco Meermanniani M scriptura *ἐὰν δὲ ταπεινὰ καὶ ἀναυξῆ* iusto iure probari posse videtur.

Nunc duorum mentionem faciam locorum, ubi, cum ne ea quidem, quae insunt et in Meermanniano M et in editione Veneta, sensu cassa sint, Emperio et Dindorfio assentiri nequeo, qui libri B scripturas probaverunt; sunt autem hi loci: oratio XXI 6, 4: M ed. Ven. *οἱ δέ γε ὄνοι οὐκ ἐπιθυμοῦσιν ἵππων διὰ τὴν φύσιν, εἰ μὴ ὅς ἂν ᾖ τεθραμμένος ἵππου γάλακτι· ὁμοίως καὶ ἵππος πωλευθεὶς ὑπὸ ὄνου τὸ αὐτὸ πάσχει,* B . . . *ὁμοίως δὲ καὶ ἵππος* . . . — oratio XXXI 63, 11: M ed. Ven. *ἆρα ὑμεῖς πρὸς ἐκείνοις, ὧν τὰς εἰκόνας ἀνεστήσατε, τὴν πόλιν οἶμαι τὴν δεδωκυῖαν ἀδικεῖτε, τουτέστιν ἑαυτούς,* B . . . *καὶ τὴν πόλιν οἶμαι* . . .

Or. XXXX 26, 3: M ed. Ven. *πᾶσα γάρ, ὥς φησιν, εἰρήνη κρείττων πολέμου, καὶ πᾶσα φιλία πολὺ ἀμείνων καὶ λυσιτελεστέρα τοῖς νοῦν ἔχουσιν ἔχθρας καὶ ἰδίᾳ τοῖς οἴκοις καὶ δημοσίᾳ ταῖς πόλεσιν.* Pro *τοῖς νοῦν ἔχουσιν* Emperius atque Dindorfius probaverunt Parisini B lectionem *τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν.* Sed si ab Emperii stamus parte, qui putat paragraphis 26 et 27 interpolatorem aliquem imitatum esse paragraphum 20 sqq., mirum profecto esset, si illis verbis adscripsisset particulam *γε*, quae omittitur 20, 7, ubi legimus *οἱ νοῦν ἔχοντες.*

Nunc complurium mentionem faciam locorum, ubi discrepantiae, quae intercedunt inter codicem Parisinum B atque inter Meermannianum M et editionem Venetam, leviores sunt, quapropter facile

---

[1]) Librarii errore in Meermanniano M pro *κἄν* scriptum est *καί*.

[2]) Emperius atque Dindorfius recte mihi videntur fecisse, quod copulam his duobus locis non addiderunt, quamquam or. LXXVII 4, 5 Reiskius et Wyttenbachius (Animadversiones in Plutarchi opera moralia, Lipsiae 1820, vol. I p. 523), or. autem XXXXII 3, 6 Reiskius hoc fecerunt.

dicat quis Parisini B scripturas originem non ducere ex librarii alicuius coniecturis, sed genuinas esse archetypi lectiones, Meermanniani autem M atque editionis Venetae librarios casu quodam eadem menda textui inculcasse. Sed cum et cognoverimus et cognituri simus eas libri B scripturas, quae bonae esse videntur, saepissime coniecturae via ortas esse, de fide huius codicis dubitare non ineptum mihi videtur esse.

Or. XXXXIX 12, 5: M ed. Ven. *ἔφη δέ τις τῶν ὀλίγῳ πρότερον φιλοσόφων οὐ φαῦλον* [ed. Ven. *φαύλων*] *τὸν Ἰσμηνίαν τοῦτο μάλιστα ἀγανακτεῖν, τὸ καλεῖσθαι αὐλητὰς τοὺς τυμβαύλους.* Emperius et Dindorfius quam ob rem codicis B scripturam *τὸ Ἰσμηνίαν* probaverint, intellegere nequeo. Nam quamquam ex grammaticis legibus infinitivus *τὸ Ἰσμηνίαν — ἀγανακτεῖν* defendi bene potest, si Meermanniani M scripturam *οὐ φαῦλον* in textum recipimus, a polito tamen Dionis stilo abhorret duos infinitivos, quibus adscriptus est articulus *τό*, coniungere. Comprobanda igitur est ex mea quidem sententia scriptura *φιλοσόφων οὐ φαῦλον, τὸν Ἰσμηνίαν.*

Ne in sequenti quidem illius orationis paragrapho Emperius et Dindorfius recte fecisse mihi videntur probantes codicis B scripturam: *εἴ τις ἀλλοτρίους ἐθέλοι προτιμᾶν* (XXXX 13, 9). Nam cum pro *ἐθέλοι* in codice Meermanniano M insit *θέλοι*, in editione autem Veneta *θέλει*, apparet Dionem non verbo *ἐθέλειν*, sed *θέλειν* hoc loco esse usum, quamquam hoc concedo longe plurimis locis, ubi antecedens vox in consonantem exit, verbum *ἐθέλω*, non *θέλω*, scriptum nos videre. Complures autem cum invenerim locos, ubi Dion recedit a dicendi illo usu, sicuti III 25, 2 *τοῖς θέλουσι,* XI 42, 4 *ἂν θέλωσι,* XXXXVII 2, 6 *κωλύειν θέλητε,* non est, cur sequentes codicem B pro *θέλειν* in textum recipiamus verbum *ἐθέλειν.*[1])

Or. XXXXVIII 14, 7 in codice M et in editione Veneta haec videmus scripta: *εἰ ἐμοὶ προσέκειτο νῦν ὑπὲρ ὁμονοίας λέγειν, εἶπον ἂν πολλὰ καὶ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων . . .* Quorum verborum sensus cum sine dubio hic sit: „si mihi destina-

---

[1]) Meisterhansius, Grammatik der attischen Inschriften² (Berlin, Weidmann 1888), p. 142, 23 haec de usu verborum *θέλω* atque *ἐθέλω* dicit: „*ἐθέλω*, nicht *θέλω*, ist bis zum Ende des IV. Jahrh. die Schreibweise der attischen Inschriften. Seit 250 v. Chr. taucht *θέλω* auf."

tum esset de concordia dicere, dicerem multa sqq.", intellegimus verbo προσκεῖσθαι hanc hoc loco tribui significationem: „obliegen, bestimmt sein." In codice autem Parisino B pro προσέκειτο inest προέκειτο, quod verbum, cum saepissime talem habeat significationem, Emperius et Dindorfius[1]) praetulerunt voci προσέκειτο. Ex mea autem sententia non necesse est adsentiri duobus illis viris doctis. Nam quamquam concedendum est raro voces πρόσκειταί μοι significare „mihi destinatum, mihi propositum est", aliquoties tamen tales invenies locos, ut apud Cassium Dionem LII 22: αὐτῷ τά τε ἰδιωτικὰ πράγματα καὶ ἡ τῶν ἐπιτηδείων παρασκευὴ προσκείσθω; apud Herodotum VI, 57: τούτοισι προσκέεται προξείνους ἀποδεικνύναι, atque VII 36: τοῖσι προσεκέετο αὕτη ἡ ἄχαρις τιμή.

Dion si plane concinnum reddere studuisset enuntiatum or. XXXI 79, 8, sic sine dubio scripsisset: ὅπου μὲν γὰρ ἐλάττων ἡ ζημία τοῖς πολὺν χρόνον καρπωσαμένοις, ὅπου δὲ μείζων ἡ ἀτιμία τοῖς σφόδρα παλαιᾶς τιμῆς ἀφαιρουμένοις. Sed cum et in codicibus MB et in editione Veneta adiectivum μείζων post substantivum ἀτιμία scriptum sit, intellegimus non plane concinnitatis[2]) leges Dionem hoc loco esse secutum, quam ob rem id quoque facile cogitari potest voci ζημία articulum ab eo appositum, omissum autem esse ante substantivum ἀτιμία. Quam sententiam si amplecteris, concedes codicis Parisini B scripturam: ὅπου δὲ ἡ ἀτιμία μείζων non necesse esse in textum recipi, sed probari posse editionis Venetae atque codicis Meermanniani M[3]) lectionem: ὅπου μὲν γὰρ ἐλάττων ἡ ζημία — ὅπου δὲ ἀτιμία μείζων.

---

[1]) Etiam Pflugkius, sicuti Emperius adnotat, illam amplexus erat sententiam; schedae autem, ubi de hoc, sicuti de permultis aliis egit locis, nunquam in lucem prodiere, sed Emperio soli per Marquardum licuit eas usurpare (cf. Emp. praef. p. VI § 6).

[2]) Non satis accurate hoc loco concinnitatis voce pro anaphora me usum esse plane mihi conscius sum, propterea quod sub concinnitatis voce non solum anaphora intellegenda est, verum etiam chiasmus (cf. Naegelsbachius, Lateinische Stilistik[4] p. 471). Sed cum nunquam fere Dion, nisi hiatum evitare studet, chiasmo utatur, anaphorae atque concinnitatis vocibus idem fere apud eum significare licet.

[3]) Librarii neglegentia in Meermanniano M pro δέ inest δή, quae duae voces saepissime a librariis permutantur.

Or. XXXI 62, 1 in Meermanniano M et in editione Veneta haec videmus scripta: *ἆρ᾽ οὐ δεινὰ πάσχουσιν οὗτοι νῦν; οὐδὲ ἐκεῖνο ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι κ. τ. λ.* Pro verbis *πάσχουσιν οὗτοι νῦν; οὐδὲ ἐκεῖνο* Seldenus[1]) sic scribere voluit: *πάσχουσιν; οὐ τοίνυν οὐδὲ ἐκεῖνο,* de qua coniectura Reiskius haec adnotat: „Ingeniose, tametsi non necessario, neque vere coniecit Anglus: *πάσχουσιν· οὐ τοίνυν οὐδὲ ἐκεῖνο.*" Quae Seldeni coniectura cum codicis Parisini B auctoritate comprobata esse videretur, et Emperius et Dindorfius recesserunt a codicis M et editionis Venetae lectionibus; nunc autem cum intellegamus codicem B non valere ad fulciendam Seldeni sententiam, ad Reiskii sententiam redeundum videtur.

Quae probandae sint scripturae, certe ex mea quidem sententia diiudicari non potest his duobus locis: oratio XIX 3, 5: B *ὥστε εἴπερ ἔτυχον γεγονὼς κατὰ ταὐτὸν Ὀρφεῖ,* M . . . *κατ᾽ αὐτὸν Ὀρφεῖ,* ed. Ven. *κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Ὀρφεῖ,* codex Neapolitanus[2]) *μετὰ ταὐτὸν χρόνον Ὀρφεῖ*; et oratio XXXVIII 13, 1: B *καὶ ἐπί γε ᾧ τις ἂν καὶ μάλιστα φθονήσειεν αὐτοῖς,* M *καὶ ἐπί γε ᾧ τις ἂν μάλιστα* . . ., ed. Ven. *καὶ ἐπί γε ᾧ καὶ μάλιστά τις ἂν* . . . Quibus locis unde Parisini B lectiones, quas et Emperius et Dindorfius in textum receperunt, originem ducant, non satis apparet. Nam quamquam codicem B^a correctum esse illis locis ad librum ξ persuasum habeo, de hac tamen dubium esse potest re, utrum ipse codex ξ easdem exhibuerit lectiones atque nunc in Meermanniano M scriptas videmus, necne. Nam si illam sequimur sententiam, hoc putandum nobis est postea a librario aliquo codicis B^a[3]) scripturas in eas mutatas esse, quas nunc in Parisino B invenimus; sin autem arbitramur codicis ξ lectiones conspirasse cum codice B, librarii neglegentia in Meermanniano M illae scripturae sunt depravatae, Parisinus autem B genuinas meliorum librorum nobis servavit lectiones. Codicis igitur B scripturae unde originem ducant, cum in medio relinquendum sit, certius mihi videtur talem criticae artis viam nos ingredi, ut Meermanniani M aut editionis Venetae lectiones, si servari possunt, Parisini B scrip-

[1]) Cf. J. Chr. Wolf: Anecdota Graeca, Hamb. 1722, Tom. I p. 255.
[2]) Cf. Emp. p. 793 § 10.
[3]) Cf. p. 23.

turis praeferamus, cum coniecturis saepissime depravatus sit hic codex.

Atque primum quidem animum intendas ad or. XIX 3, 5, ubi codex B exhibet: *ἔτυχον γεγονὼς κατὰ ταὐτὸν Ὀρφεῖ,* M: *κατ' αὐτὸν Ὀρφεῖ,* ed. Ven.: *κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Ὀρφεῖ,* cod. Neap.: *μετὰ ταὐτὸν χρόνον Ὀρφεῖ.* Cuius loci sensus cum sine ulla dubitatione hic sit: „siquidem ego eisdem fuissem temporibus, quibus Orpheus, primus eum secutus essem", intellegimus verbis *κατὰ ταὐτόν,* sicuti insunt in Parisino B, nihil aliud significari atque „eisdem temporibus" aut „eadem aetate". Quantum autem scio, neque apud Dionem neque apud ullum alium Graecorum scriptorem talis exstat locus, ubi neutrum genus pronominis *ὁ αὐτός* temporis complectitur significationem, quapropter editionis Venetae scripturam *κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον* probandam esse censeo; nam Meermannianum M hic depravatum esse luce clarius est. Hac autem codicis Neapolitani scriptura: *μετὰ ταὐτὸν χρόνον* comprobantur ea, quae Emperius l. c. de auctoritate huius libri protulit: „liber pessime habitus ac minimi pretii."

Venio nunc ad alterum locum, or. XXXVIII 13, 1, ubi codex B exhibet haec: *ἐπί γε ᾧ τις ἂν καὶ μάλιστα φθονήσειεν,* ed. Ven.: *καὶ ἐπί γε ᾧ καὶ μάλιστά τις ἂν φθονήσειεν,* codex autem M: *καὶ ἐπί γε ᾧ τις ἂν μάλιστα φθονήσειεν.* Quo loco cum ex verborum connexu, quam praeferamus scripturam, discernere non possimus, ex critica lege, quam supra exposuimus, editionis Venetae aut Meermanniani M, non — sicuti Emperius et Dindorfius fecerunt — Parisini B scriptura probanda est. Sed cum codex M in meliorum codicum numero sit, editio autem Veneta ex deteriore originem ducat libro Veneto T, haec Meermanniani M lectio: *ἐπί γε ᾧ τις ἂν μάλιστα* in textum recipienda mihi videtur esse.

Omnibus eis de quibus dixi locis intelleximus codicis Parisini B lectiones, quae coniecturae via ortae sunt, non iure ab Emperio atque Dindorfio in textum receptas esse. Longe autem aliter res se habet eis locis, quos nunc afferre mihi liceat. Nam quamquam etiam hic plane apparet non genuinas archetypi scripturas illius libri auctoritate memoriae proditas esse, eae tamen lectiones, quas exhibent et Meermannianus M et editio

Veneta, sunt tales, ut probari nullo modo possint. Contra cum Parisini B scripturae sint bonae, non est, cur illis locis recedamus ab hoc codice. Nunc enumeranti mihi hos locos non ubique necessarium videtur fusius exponere, quam ob rem codicis M et editionis Venetae lectiones reiciendae sint; sed eis tantum locis accuratius de codicum illorum scripturis agam, ubi, quem sequaris librum, fortasse dubitabis.

Sunt autem hi loci: or. XVII 15, 3: B *καὶ μὴν Πολυκράτη φασίν, ἕως μὲν Σάμου μόνης ἦρχεν, εὐδαιμονέστατον ἁπάντων γενέσθαι, βουλόμενον δέ τι καὶ τῶν πέραν πολυπραγμονεῖν, διαπλεύσαντα πρὸς Ὀροίτην — μηδὲ ῥαδίου γε θανάτου τυχεῖν,* M. ed. Ven. — *δέ τι καὶ τῶν πέρα . . .* Verba *βουλόμενον δέ τι καὶ τῶν πέραν πολυπραγμονεῖν* sic mihi videntur interpretanda esse: „studens autem etiam transmarinis rebus se immiscere“; nam si opinaris eas voces haec valere: „studens autem modum transire, sicuti a deis ei constitutus erat“, ea nimis artificiosa arbitratu meo est interpretatio, propterea quod sequentibus verbis diserte dictum est Polycratem ad Oroetem, Persarum satrapem, se contulisse, qui Magnesiae, sicuti ex tertio Herodoti libro apparet, versabatur. Praeterea adiectivum *μόνης*, quod adscriptum est substantivo *Σάμου*, repugnat posteriori verborum interpretationi. Itaque intellegimus adverbium loci significationem habere, cui significationi formam *πέραν,* non *πέρα* aptam esse notum est. Quapropter Emperius et Dindorfius recte fecerunt Parisini B scripturam *πέραν* in textum recipientes. Facillime autem et codicis Meermanniani M et editionis Venetae librarius litteram *ν* omittere potuit. Accedit, quod nunquam Dion adverbio *πέρα* usus est, bis autem vocem *πέραν* apud eum scriptam videmus: or. XI 114, 4: *καὶ ἐποίουν πέραν μένοντες* et XI 116, 2: *αἱ δὲ ἐν τῷ πέραν ἔμενον.*

Reliqui loci, ubi codicis Meermanniani M et editionis Venetae lectiones reiciendae, probandae autem sunt codicis Parisini B coniecturae, sunt hi: oratio XXXI: 9, 13: B *ὃν ἂν βουλήσθε,* M ed. Ven. *ὃν ἂν βούλοισθε*; 38, 8: B *ὅ,* M *ὅν*; 45, 3: B *τί κωλύει,* M ed. Ven. *ἢ κωλύει*; 54, 9: B *πολλὰ χρήματα παρ᾽ αὐτοῖς ἐστι . . . τὰ δὲ καὶ δήμων καὶ βασιλέων, ἃ τιθέασι πάντες,* M ed. Ven. om. *ἅ*; 60, 4: B *ἐκείνοις,* M ed. Ven. *ἐκείνους*; 63, 8: B *μᾶλλον ἂν δόξαιεν τὸν ποιήσαντα ἀδικεῖν ἢ*

τὴν πόλιν, M ed. Ven. om. ἤ; 63, 9: B οὐκοῦν ὁ αὐτὸς λόγος, κἂν πόλις ᾖ τι τῶν ἰδιωτῶν τινι δεδωκυῖα πρὸς τὸν ἀφαιρούμενον τοῦτον, M ed. Ven. οὐκοῦν αὐτὸς λόγος κ. τ. λ. Casaubonus, Emperius, Dindorfius cum arbitrentur articulum ὁ nullo modo omitti posse, Reiskius haec adnotat: „αὐτὸς λόγος defendi posse arbitror." Sed errasse in hac re Reiskium nunc omnes intellegunt. — 67, 5: B τὸ, M ed. Ven. τόν; 67, 9: B οὐκ ἠξιώσατε καθ' ἓν τοῦτο παραχωρῆσαι, M ed. Ven. καθ' ἓν τούτου τὸ παραχωρῆσαι; 68, 12: B ὑμεῖς δὲ νῦν οὐδὲ ἃ ἔφθητε διαλῦσαι τοῖς εὐεργέταις ἐᾶτε, M ed. Ven. om. ἅ; 78, 2: B οὐ τοίνυν οὐδὲ τοιοῦτον οὐδὲν ἔστιν εἰπεῖν, ὡς κατὰ πολὺν χρόνον ἐσχήκασι τὰς τιμάς, M ed. Ven. om. ὡς; 109, 9: B ὅτι ἂν θέλῃ, M ed. Ven. ὅτι ἂν θέλοι. — Or. XXXII: 6, 2: πάντως, MU ed. Ven. πάντας; 65, 7: B κατὰ μνήμην τὴν Ὀρφέως, M ed. Ven. κατὰ μνήμην τοῦ Ὀρφέως; 86, 1: B μόνοι, M μόνον, ed. Ven. μόνῳ. — Or. XXXIV: 42, 6: B οἱ πολλοί, MD ed. Ven. ὁ πολλοί; 45, 2: B τίς, M ed. Ven. τί. — Or. XXXVI 5, 2: B ὅθεν δὴ καὶ σφόδρα ταπεινὰ τὰ πράγματα κατέστη τῶν ταύτῃ Ἑλλήνων, τῶν μὲν οὐκέτι συνοικισθεισῶν πόλεων, τῶν δὲ φαύλως καὶ τῶν πλείστων βαρβάρων εἰς αὐτὰς συῤῥυέντων, M . . . τῶν μὲν οὖν οὐκ ἔστι συνοικισθεισῶν . . ., ed. Ven. . . . τῶν μὲν οὖν οὐκέτι συνοικισθεισῶν. — Or. XXXVIII 21, 4: B ὥστ' ἄξιον εἶναι πολεμεῖν πόλεμον οὐ σύντομον, M ed. Ven. οὐδὲ σύντομον. — Or. XXXX 37, 2: B ἡ μὲν γὰρ λεγομένη παρὰ τοῖς σοφοῖς ἐπικράτησις αἰθέρος, ἐν ᾧ τὸ βασίλειον καὶ τὸ κυριώτατον τῆς ψυχικῆς δυνάμεως ὃν οὐκ ἀποτρέπονται πῦρ ὀνομάζειν πολλάκις, M ed. Ven. . . . τῆς ψυχῆς καὶ δυνάμεως . . . — Or. XXXXVII 5, 10: B καίτοι ποιητὴν οὐ χείρονα Ὁμήρου παρέχεται τὸν Ἀπόλλωνα, M ed. Ven. καὶ τὸν ποιητήν. — Or. XXXXVIII 3, 6: B τό γε μὴν προεξανίστασθαι μὴ σφόδρα ἄγνωμον ᾖ, M ed. Ven. μηδὲ σφόδρα. — Or. IL 4, 12: B εἴ τι, M ed. Ven. εἴ τις. — Or. L 4, 8: B ἔγωγε τὴν βουλὴν οὐ μόνον ἀξίαν τιμῆς κρίνω . . . ἀλλὰ καὶ θαυμάζω, M ed. Ven. om. οὐ; 5, 9: B θεραπεύσειν, M ed. Ven. θεραπεύειν. — Or. LXXVII 15, 5: B ἄλλον ἄλλῳ φθονεῖν[1]), ἃ κοινὰ ὑπάρχει πᾶσιν ἀγαθά, M ed. Ven. φθονεῖν, ἢ ἃ κοινά —.

---

[1]) Vide adnot. in pagina insequente.

Venio nunc ad alterum caput, ubi de eis agam orationibus, quibuscum praeter codices MB praeterque editionem Venetam etiam ei collati sunt codices, qui in meliorum codicum familia HPC numerandi sunt. In eis orationibus si codex Parisinus B unus omnium librorum bonas lectiones servasse nobis videtur, paene certum est coniecturas alicuius librarii, non genuinas archetypi lectiones in eo exstare. Nam si ceteris codicibus easdem corruptas exhibentibus scripturas in Parisino B genuinas archetypi lectiones propterea fortasse inesse arbitraremur, quod codex B[a] ad librum ξ correctus est, tum putandum nobis esset et in codice γ et in codice ο genuinas fuisse archetypi lectiones, quae postea casu quodam et a codicis π et a Meermanniani M librariis eodem modo depravatae essent; praeterea autem etiam hoc arbitrari necesse esset codicis δ, archetypi deteriorum codicum, librarium easdem corruptelas textui inculcasse. Id autem nihil probabilitatis habere nemo negabit.

Or. LXVII 2, 3: HCM ed. Ven. *φαύλῳ γὰρ ἂν κανόνι καὶ παντάπασι σκολιῷ . . . τὰ πράγματα σταθμῷ τῇ δόξῃ πειρώμενος ἀπευθύνειν αὐτά.* Verba *σταθμῷ τῇ δόξῃ* iam Casaubono offensioni erant, qui in „Diatriba in Dionem" haec profert: „Verbum est *σταθμῷ,* non nomen; 'expenderet', 'ponderaret'; sed melius scribas *σταθμῴη* vel *σταθμῷτο,* ut mox *σταθμώμενος.*" Deinde postquam Reiskius codicum scripturam in textum recepit, Emperius et Dindorfius Casaubono adsentientes probaverunt lectionem *σταθμῷτο τῇ δόξῃ.* Docti illi viri quod activum genus verbi *σταθμᾶν* mutaverunt in medium *σταθμᾶσθαι,* recte mihi videntur fecisse. Henricus enim Stephanus (aut Dindorfius) in Thesauro linguae Graecae tres tantum affert locos, ubi activum huius verbi invenitur: Eur. Ion 1137: *πλέθρου σταθμήσας εἰς εὐγώνιον;* Nomocanon Coteler. in criminatione adversus ecclesiam Latinam, vol. 3, p. 500 A: *εἰ μὴ ἐκ τῆς προσότητος τῶν σταθμώντων πρὸς αὐτοὺς δώρων.* Tertius autem locus, qui exstat in Luciani libello *πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν,* cap. 63: *οὗτός σοι κανὼν καὶ στάθμη ἱστορίας δικαίας· καὶ εἰ μὲν σταθμήσονταί τινες αὐτῇ, εὖ ἂν ἔχοι,* cuius mentionem facit, non quadrare mihi videtur, propterea

¹) Wyttenbachius, l. c., ed. Lips. I, 523, iusto iure *φθονεῖν* ex *φρονεῖν,* id quod omnibus traditur codicibus, emendasse mihi videtur.

quod Carolus Fridericus Hermann[1]) non inepte ex sententia mea haec de illo loco exposuit: „at melius, si quid sentio, active acceperis". Quae cum ita sint, apud Dionem pro codicum scriptura *σταθμῷ* corrigendum esse censeo *σταθμῷτο,* praesertim cum non multo post, 2, 8, haec videamus scripta: *αὐτὸς δὲ αὐτὸν τούτῳ τῷ κανόνι καὶ ταύτῃ τῇ σταθμῇ σταθμώμενος.* — Bene autem ut sanetur ille locus, paulo aliam ingrediendam esse viam atque Casaubonus, Emperius, Dindorfius fecerunt, propono: probemus codicis Parisini B scripturam *τὰ πράγματα σταθμῷτο δόξῃ πειρώμενος ἀπευθύνειν αὐτά,* quae quamquam non genuina archetypi est lectio, propius tamen quam doctorum illorum vivorum coniectura abest a ceterorum codicum lectione. Cf. Wattenbach., Griech. Palaeographie (1867) p. 21: „Die Artikel und mit *τ* anfangenden Endungen werden sehr oft abgekürzt . . . Ein übergeschriebenes *τ* kann aber auch andere Endungen und jeden Casus des Artikels vertreten." Itaque in Dionis archetypo sic fortasse scriptum erat: *ϛαθμῶ* (with *τ* superscript), id quod codicum *γ* et *δ* librarii sic intellegendum esse opinabantur: *σταθμῶ τῇ,* re vera autem nihil aliud significabat nisi *σταθμῷτο.* Atque etiam quod substantivo *δόξῃ* articulus non appositus est, si scribimus: *σταθμῷτο δόξῃ,* te non offendet; nam in antecedentibus verbis legimus: *ἄλλο τι ἢ ἀληθείᾳ φῂς διαφέρειν τῶν ἄλλων τὸν φιλόσοφον,* ubi substantivum *ἀληθείᾳ* caret articulo.

Or. VII 69, 6 codices HPCMN ed. Ven. exhibent haec: *καὶ ἐνταῦθα μέντοι ἄμφω ἠρυθριασάτην*; in codice autem Parisino B coniunctio *καί* non inest. Quem librum sequentes cur Emperius atque Dindorfius omiserint illam vocem, si quaerimus, nulla alia permoti mihi videntur causa, nisi quod illa verba: *καὶ ἐνταῦθα μέντοι ἄμφω ἠρυθριασάτην,* quae sunt in reliquis codicibus, non modo voce *καί,* verum etiam particula *μέντοι* cum antecedentibus coniunguntur verbis. Sed uti saepius apud Dionem voces *καὶ μέντοι καὶ* coniuncte scriptas vides[2]), ita compositio duorum vocabulorum *καὶ — μέντοι* non

[1]) Luciani Samosatensis libellus, ed. Hermann, Francoforti ad Moenum 1828, p. 360.

[2]) Exempli gratia proferam I 19, 1: *καὶ μέντοι καὶ φιλοῦσι*; I 33, 4: *καὶ μέντοι καὶ αὐτός*; XXXXVIII 16, 2: *καὶ μέντοι καὶ μύρμηκας.*

abhorret ab eius dicendi genere; or. enim XXVIII 4, 9 et codices MB et editio Veneta exhibent haec: *καὶ εἰκὸς μέντοι*. Quae cum ita sint, non dubito, quin etiam or. VII 69, 6 codicum HPCMN ed. Ven. scriptura *καὶ ἐνταῦθα μέντοι* sit probanda.

Nunc ad aliud me convertam locorum genus, ubi codicis Parisini B scripturae, quamquam reliqui libri non consentiunt, tamen ne his quidem locis genuinae sunt archetypi lectiones ex mea quidem sententia.

Habes or. VII 28, 4 in codicibus Mediolanensi L atque Monacensi N et in editione Veneta hanc scripturam: *οὔτε λειτουργίαν πώποτε ἐλειτούργησαν οὐδεμίαν, οὐδὲ μοῖράν τινα ἐπιτελοῦσι τῶν γιγνομένων*; pro *ἐπιτελοῦσι* Parisinus B exhibet verbum *ὑποτελοῦσι,* libri autem HPCM *ὑπερτελοῦσι*. Quorum verborum sensus cum sine dubio sit hic: „neque onera unquam publica subierunt ulla neque ullam partem earum rerum, quae pro sua cuique parte obtigerunt, solverunt“, elucet eam scripturam, quae est in libris HPCM, sensu cassam esse. Quod ad codices LN et ad editionem Venetam pertinet, horum librorum lectio *ἐπιτελοῦσι* bene ex sententia mea defendi potest, cum saepius apud scriptores Graecos verbo *ἐπιτελεῖν* pendendi atque solvendi tribuatur vis, ut in Herodoti historiarum libro II 109: *ἐπιτάξαντα ἀποφορὴν ἐπιτελέειν κατ' ἐνιαυτόν,* et in libro V, 49: *οἳ πεντακόσια τάλαντα βασιλέι τὸν ἐπίτειον φόρον ἐπιτελεῦσι.* Sed qua re commotus librarius codicis B[a] verbum *ἐπιτελοῦσι* mutavit in *ὑποτελοῦσι*? Ad diiudicandam eam quaestionem optimam mihi dare videtur ansam is locus, qui non multo post sequitur, VII 40, 5, ubi legimus: *ὑποτελοῦντας τὸ λοιπὸν ὅσον μέτριον;* ille enim librarius ad hunc perveniens locum antecedentem recordatus esse atque secum reputasse videtur Dionem paulo ante eodem haud dubie usum esse verbo neque voce *ἐπιτελεῖν*, quae rarius illam habet significationem. Ea autem librarii reputatione nosmet non impedimur, quominus VII 28, 4 Dioni attribuamus verbum *ἐπιτελεῖν.* Nam quamquam concedo nullo alio loco Dionem ea voce usum esse — etiam verbum *ὑποτελεῖν* semel tantum, VII 40, 5, invenimus —, Herodotum tamen exposuimus eam usurpasse; quantopere autem Dion Herodotum imitatus sit, Cobetus nos

docet dicens[1]): „nullum alium scriptorem Dio diligentius legit quam Herodotum, cuius ubique apud eum sunt vestigia."

Or. LXXII 1, 1 codicibus CM editioneque Veneta memoriae traduntur haec: *διά τί ποτε οἱ ἄνθρωποι, ὅταν μέν τινα ἴδωσιν αὐτοῦ μόνον χιτῶνα ἔχοντα, οὔτε προσέχουσιν οὔτε διαγελῶσι, λογιζόμενοι τυχόν· ναύτης ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος καὶ ὅτι οὐδὲν δεῖ καταγελᾶν τούτου ἕνεκα.* Vocem *αὐτοῦ* sensu carere iam medii aevi librarii cognoverunt; nam codicis Palatini P scripturam *ναύτου μόνον χιτῶνα ἔχοντα* et codicis Parisini B lectionem *αὐτὸ μόνον χιτῶνα ἔχοντα* nihil aliud esse nisi coniecturas, si librorum stemma intueris, cognosces. Diiudicantibus igitur nobis, utram praeferamus coniecturam, primum dicendum est de Parisini B lectione *αὐτὸ μόνον,* quam Emperius et Dindorfius Cobeto adsentientes in textum receperunt. De significatione horum verborum: *αὐτὸ μόνον,* quae adverbialiter usurpata sic fere in nostram transferri possunt linguam: „gerade nur", „nichts anderes als", accuratius primus egit Abreschius in „Dilucidationibus Thucydideis"[2]). Pagina enim 56 de hoc Luciani agens loco, Som. 9: *οὔτε ἐχθροῖς φοβερός, οὔτε τοῖς πολίταις ζηλωτός, ἀλλ' αὐτὸ μόνον ἐργάτης,* haec scribit: „Illud *αὐτὸ μόνον ἐργάτης* est *οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐργάτης* sive *πλὴν ἐργάτης* aut, ut ipse scripsit, *οὐδὲν ὅτι μὴ ἐργάτης.*" Deinde vero Valckenarius[3]) haec exponit: „*αὐτὸ μόνον* paulo quidem rarius, hic illic tamen obvium et Philoni valde frequentatum." Ex quibus quamquam intellegimus apud complures recentioris aetatis scriptores, ut apud Philonem et apud Lucianum, saepius inveniri eas voces, quaerendum tamen est, num etiam Dion eis utatur, id quod iusto iure negare nos posse putamus. Neque enim ullus in octoginta Dionis orationibus exstat locus, ubi *αὐτὸ μόνον* scriptum videmus, nisi hic: or. LXVIII 4, 9: *ὁμοίως δὲ καὶ καθ' αὑτὸν — ὁ δὲ αὐτὸ μόνον δεινὸς εἶναι καὶ —.* Is autem locus non idoneus est, quo demonstretur Dionem usum esse vocibus *αὐτὸ μόνον,* cum codicum scripturae fluctuent, libris CMB exhibentibus *αὐτὸ μόνον,* codice autem H et editione Veneta: *αὖ τὸ μόνον.* Facillime

[1]) Mnemosyne, N. S., V (1877), p. 98.
[2]) Traiecti ad Rhenum, 1755.
[3]) Callimachi elegiarum fragmenta, ed. Luzac, Lugd. 1799, p. 28.

autem ex *αὖ τὸ* existere potuit *αὐτὸ*[1]); hoc autem non multum habere mihi videtur probabilitatis *αὐτὸ* mutatum esse in *αὖ τὸ*, nam sescenties apud scriptores invenies pronomen illud *αὐτὸ*, multo rarius particulam *αὖ*. Qua permotus causa cum persuasum habeam codicum CMB scripturam *αὐτὸ μόνον* esse librariorum coniecturam, recte mihi videtur Reiskius libri H et editionis Venetae lectionem *αὖ τὸ μόνον* in editionem recepisse, ex qua articulus *τὸ* non cum adverbio *μόνον*, sed cum infinitivo *εἶναι* coniungendus est. — Sed iam redeo, unde deflexi. In Dionis orationibus cum nullus exstet locus, ubi inveniuntur voces *αὐτὸ μόνον*, non a Cobeti, Emperii, Dindorfii sto parte, qui *αὐτὸ μόνον* in textum recipere studuerunt, sed a Parisini B lectione recedendum esse iudico. Palatini autem P scriptura *ναύτου μόνον*, quam, quod antecedit vox *ἴδωσιν*, levissimam esse coniecturam non negabis, optime mihi videtur quadrare. Atque iam Seldenus[2]) quidem codicem Palatinum P exstare ignorans haec dicit: „*ἴδωσι ναύτου* vel *ναυτικὸν χιτῶνα*.“ Reiskius autem haec adnotat: „*ναύτου*. ut paulo post *ἴδοιεν γεωργοῦ στολὴν ἔχοντα*: si quem videant nautae tunicam tantummodo in corpore gestantem. subaudi: et non simul *ἱμάτιον*. nam *μόνον χιτῶνα* respicit ad *ἱμάτιον*.“ Hoc igitur censeo non Parisini B coniecturam *αὐτὸ*, sed Palatini P *ναύτου* in textum recipiendam esse.

Quae genuina fuerit archetypi lectio, difficillimum est diiudicare or. LVII 3, 9. Nam cum in codice Parisino B haec insint: *ὅτι ἐκεῖνοι κατὰ τὴν αὐτῶν ἀφροσύνην καὶ ἀναισθησίαν ἀπειθήσουσιν, ἂν ἀπειθῶσιν*, atque in Meermanniano M haec: . . . *ἀπειθήσουσιν, ἀναπειθῶσιν*, intellegimus futurum fuisse, ut eadem libris MB memoriae traderetur scriptura, nisi levissimo vitio codex M corruptus esset; hoc igitur pro certo habendum est codicem *o* hanc exhibuisse lectionem: . . . *ἀπειθήσουσιν ἂν ἀπειθῶσιν*.[3]) Contra cum codicibus HC haec

---

[1]) Or. VII 91, 5 librarii errore in codice Meermanniano M ex *αὖ τῶν* ortum est *αὐτῶν*.

[2]) Cf. J. Fr. Wolff, l. c. p. 284.

[3]) De codicis Ignoti S scriptura: *ἀπηθήσουσιν ἂν ἀπειθῶσιν* non dico, quod ille liber nihil valet ex sententia mea ad cognoscendam genuinam archetypi lectionem; cf. Emp. praef. p. XVII § 44: „Valde iste

tradita sint: ἂν ἀπειθήσωσιν [C ἀπειθήσασιν], ἀπειθήσειαν, atque in editione Veneta insint haec: ἂν ἀπειθήσουσιν, ἀπειθήσειεν ἂν, cognoscimus et duobus illis bonis codicibus et deteriore illa editione Veneta eandem fere nobis servatam esse scripturam; nam quod codices fluctuant inter ἀπειθήσωσιν, ἀπειθήσασιν, ἀπειθήσουσιν atque inter ἀπειθήσειαν et ἀπειθήσειεν ἂν, eae levissimae sunt discrepantiae. Quae cum ita sint, persuasum habeo genuinam archetypi lectionem fuisse talem, ut et enuntiatio condicionalis antecedat ei verbo, quod pendet a coniunctione ὅτι, et ut alia scripta fuerint tempora et modi atque nunc in codicibus MB invenimus. Hoc enim multo maiorem habere mihi videtur probabilitatem codicis *o* librarium seu consulto seu errore genuinam mutasse lectionem, quam et libri *π* librarium et editionis Venetae editorem casu easdem fecisse coniecturas. Nunc igitur quaerendum nobis est, utrum necesse sit a codicum HC et editionis Venetae scripturis recedere necne, quod ut demonstrem, qui sensus sit huius loci, paucis disserere mihi liceat. Dion de Nestore disputat, qui consilio suo Agamemnonem et Achillem adiuturus exponit iam antea se multis persuasisse principibus, quapropter, si his duobus viris fortibus persuadere non possit, non suam hanc esse culpam, sed insipientiam atque stultitiam eorum ipsorum. Non tam impudenter tamque arroganter se gessisse mihi videtur Nestor, ut verba ὅτι ἀπειθήσουσιν, sicuti exstant in codicibus MB, bene ex sententia mea quadrent. Verum vehementia eorum magnopere lenitur, si scribimus ὅτι ἀπειθήσειαν ἄν. Sed hic dicat quis illa verba nullo Dionis libro manu scripto tradi, verum in codicibus HC exstare ὅτι — ἀπειθήσειαν, in editione autem Veneta ὅτι — ἀπειθήσειεν ἄν. Levissimis autem vitiis eas scripturas depravatas esse libenter concedes, quapropter non opus est graviore illa mutatione ἀπειθήσουσι, quae est in Meermanniano M atque in Parisino B. — Transeo nunc ad id verbum, quod pendet a coniunctione ἄν. In Parisino C enim scriptum videmus ἂν ἀπειθήσασιν, in editione Veneta ἂν ἀπειθήσουσιν, in Vaticano H ἂν ἀπειθήσωσιν. Ex neglegentia librarii ortam esse

liber a vulgata discrepat, maxime in ordine verborum, ut videatur ab homine scriptus non de singulis verbis, sed de universa sententia sollicito."

codicis C scripturam neque editionis Venetae lectionem ἂν ἀπειθήσουσι respondere genuinae archetypi scripturae apparet. Itaque codex Vaticanus H, de quo Emperius[1]) haec dicit: „nondum igitur hoc libro melior inventus est“, etiam hoc loco bonam servasse mihi videtur scripturam exhibens ἂν ἀπειθήσωσιν. Nam si orationis illius paragraphum 3 accuratius intueris, intelleges bis Dionem post coniunctionem ἄν non praesentis, sed aoristi temporis usum esse coniunctivo: ἂν τύχωσι, ἂν ἴδωσι. Ex mea igitur sententia, ut omnia, quaecunque de hoc loco exposui, tribus complectar verbis, facillime ex codicibus HC atque ex editione Veneta genuinam archetypi lectionem cognoscere possumus, quae melius quadrat quam Meermanniani M atque Parisini B scripturae; in textum igitur haec recipienda esse censeo: ὅτι ἐκεῖνοι κατὰ τὴν αὐτῶν ἀφροσύνην καὶ ἀναισθησίαν, ἂν ἀπειθήσωσιν, ἀπειθήσειαν ἄν.

Nunc complures enumerabo locos, ubi codicis Parisini B scripturae, quamquam ex coniecturis sine dubio ortae sunt, bene tamen servari possunt, quod reliquorum codicum lectiones probari nequeunt.

Ita res se habet or. LXV 11, 5, ubi in codice Parisino B haec videmus scripta: οὗτοι γάρ εἰσι θησαυροὶ βέβαιοι . . . ἐὰν δέ τις λαβὼν ῥίψῃ καὶ νὴ Δία κακῶς θῇ, θύραις καὶ σφραγῖσι καὶ κλεισὶ πιστεύων . . ., in editione Veneta autem haec inest scriptura: . . . θύραις, σφραγῖσι καὶ κλεισί; . in archetypo igitur deteriorum codicum post substantivum θύραις coniunctio καί non fuisse, sed coniecturae via in librum B irrepsisse videtur. In ceteris codicibus corruptae exstant lectiones, Meermanniano M exhibente: θύραις καὶ σφόδρα κλείσει, Parisino autem C et Vaticano H: ἢ θύραις καὶ κλεισὶ σφόδρα κλείσῃ. Primo obtutu quod fortasse non cognosces, quam ob rem cum Geelio[2]) codicis B lectio praeferenda sit editioni Venetae, paucis haec exponere mihi liceat. Omnibus eis locis, ubi Dion tria nomina coniunxit, aut bis particula καί est usus aut eam usurpavit figuram, quae nominatur asyndeton; veluti legis or. XXXIII 9, 5: Ἀριστοφάνους μὲν ἤκουον καὶ Κρατίνου καὶ

---

[1]) Cf. p. 791 § 2.

[2]) Dionis Chrysostomi Ὀλυμπικός 1840, p. 428.

Πλάτωνος; or. XXVIII 12, 5: *ἀνδρείας καὶ ἰσχύος καὶ σωφροσύνης*; or. XXV 6, 12: *Αἰγὰς δὲ καὶ Πέλλαν καὶ Δῖον*; praetera hic exempli gratia exstat locus LXV 7, 4: *ἡ ὕβρις ἐστὶ . . . . ὑπερηφανία, βαρύτης, μικρολογία.* Nullum autem inveni locum, ubi inter primum et secundum nomen Dion omiserit particulam, secundum autem cum tertio coniunxerit voce *καί*.

Or. VII 85, 4 in Parisino B haec invenimus: *οὐ γὰρ δὴ περὶ τοῦ γάμου γε εἶναι κἀκείνῳ τὸν λόγον.* Codicum MN et editionis Venetae scripturam *γάμου τε* probari non posse elucet; librorum autem HPC lectio *γάμου* propterea genuinae archetypi lectioni non respondet, quod et in Meermanniano M et in deterioribus libris inter *γάμου* et *εἶναι* inest verbum *τε*, quod seu consulto seu neglegentia a librario codicis π omissum est.

Eodem modo iusto iure Emperius et Dindorfius Parisini B scripturas probaverunt or. VII 101, 2, ubi inest in codice B *οὕτως οὖν ἐπὶ τοὺς προφητὰς αὐτῶν καὶ συνηγόρους, τοὺς ποιητάς, ἐξ ἀνάγκης ἴωμεν,* HPCMN ed. Ven. *καὶ τοὺς συνηγόρους, τοὺς ποιητάς,* — or. LXIV 13, 8, ubi exhibet hic liber *μηχανωμένη τε τὸν πλοῦν καὶ κατιθύνουσα*[1]), HC ed. Ven. *μηχανωμένη τε καὶ τὸν πλοῦν,* M *μηχανωμένη μὲν τὸν πλοῦν,* — or. LXXVI 5, 2, ubi in Parisino B legimus *καὶ τῶν μὲν ἐγγράφων οὐδὲν ἐν τοῖς πολέμοις ἰσχύει,* HCPM ed. Ven. . . . *οὐδὲν ἐν τοῖς πολεμίοις.*

Atque etiam or. XIII 14, 1 coniectura, quae exstat in codice B, digna est, quam probemus. Codices enim CM et editio Veneta exhibent *ταῦτα καὶ τοιαῦτα τούς τε ἄλλους ἅπαντας . . . . καταμεμφόμενος,* in Parisino B autem inest *ταῦτα καὶ τ ὰ τοιαῦτα . . . . .* Adiectivum *τοιαῦτα* quamquam concedo saepius apud Dionem inveniri omisso articulo *τά*[2]), dicendi tamen formula *ταῦτα καὶ τοιαῦτα* valde dubito an non exstet. Hoc enim loco, or. XXXIV 19, 8: *ταῦτα καὶ τοιαῦθ' ἕτερα,* propterea

[1]) Cf. Henrici Valesii emendationum libri quinque, edente P. Burmanno, Amstelod. 1740, p. 75: „paulo post, ubi scribitur *ἐνθάδε ἵδρυσε διδοῦσα*. noli dubitare, quin Dio scripserit: *ἵδρυσε τῇ μὲν τεταμένων τῶν χειρῶν μηχανωμένη τε τὸν πλοῦν* etc., id est: hic vos collocavit altera manu navigationem commonstrans vobis ac dirigens" etc.

[2]) Habes or. XIV 2, 9: *ἡ γὰρ ἄγνοια τοιαῦτα ἐργάζεται τοὺς οὐκ εἰδότας*; or. XXXX 12, 1: *καὶ τοιαῦτα λέγοντες.*

nihil mihi videtur comprobari, quod vox ἕτερα adscripta est adiectivo τοιαῦθ'. Verum or. LXXVII 1, 1 omnes codices haec exhibent: διὰ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐνομίσθη σοφὸς ἐν τοῖς Ἕλλησιν Ἡσίοδος, quapropter etiam or. XIII 14, 1 probandam esse scripturam ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα censeo.

Transeo nunc ad tertium caput, ubi earum mentionem faciam orationum, quibuscum praeter codicem Parisinum B et deteriores libros meliorisque generis familiam HPC etiam ipse codex Venetus V collatus est. In illis orationibus quod longe minimus exstat eorum locorum numerus, ubi Parisinus B unus omnium librorum bonas servasse videtur scripturas, miri nihil habet. Immo mirum esset, ubi tot codicum lectiones ante oculos nobis sunt, si codex mixtus solus omnium librorum genuinas archetypi lectiones memoriae proderet. — Atque ex quindecim illis locis, ubi Emperius et Dindorfius contra ceterorum codicum auctoritatem Parisini B scripturas in textum receperunt, undecim tales sunt, ut discrepantiae, quae exstant inter hunc librum ceterosque codices, sint levissimae; enumerare autem hos undecim locos supervacaneum mihi videtur, quod iam p. 20 et 21 eorum mentionem feci. Restant igitur quattuor loci, de quibus fusius nunc agam.

Or. VI 60, 5 codices PCVMN ed. Ven. exhibent haec: ἂν δὲ ἅπας ἐκλίπῃ ὁ χρυσός, ἅπας δὲ ὁ ἄργυρος; in codice autem Parisino B haec videmus scripta: ἂν δὲ ἅπας μὲν ἐκλίπῃ ὁ χρυσός, ἅπας δὲ ὁ ἄργυρος. Cuius libri scripturam cum Emperius et Dindorfius probaverint, hanc amplexi mihi videntur sententiam necesse esse particulae δέ respondere vocem μέν, quod anaphorae figura hoc loco exstet. In universum hanc opinionem rectam esse concedo; longe plurimis enim locis apud Dionem, si dicendi illa figura[1]) utitur, non solum particula δέ, sed etiam vox μέν invenitur. Duo autem, quod sciam, exstant loci ubi omittit particulam μέν: or. I 80, 3: ἐκ δὲ τούτου πᾶσιν ἀπεχθάνετο, πάντας δὲ ὑπενόει, et or. XI 31, 2: πῶς

[1]) Wilhelm Schmid: Der Atticismus in seinen Hauptvertretern von Dionys von Halicarnass ab, Stuttgart 1887, p. 170 de anaphora haec dixit: „Die θεατρικὰ σχήματα wendet Dio massvoll an, am häufigsten die . . . Anaphora. Ich zähle 109 Fälle von Anaphora im ganzen, worunter mit zweifacher Wiederholung 61.“

ἀπέλιπε τὸν τοῦ Ἀχιλλέως; πῶς δὲ τῶν Ἀμαζόνων στρατείαν. His duobus permotus locis persuasum habeo or. VI 60, 5 probandam esse codicum PCVMN ed. Ven. scripturam ἂν δὲ ἅπας ἐκλίπῃ ὁ χρυσὸς, ἅπας δὲ ὁ ἄργυρος.

Or. VI 59, 4 codices VMN[P][1]) ed. Ven. haec exhibent: πρότερον τοὺς ἀγρίους λέοντας οἱ τρέφοντες ἀγαπήσουσιν ἢ τυράννους οἱ θεραπεύοντες καὶ προσιόντες. In codice Parisino C pro ἢ τυράννους scripta videmus haec: ἢ γοῦν τυράννους, in Parisino autem B invenimus: ἢ τοὺς τυράννους. Librum B quod praetulerunt Emperius et Dindorfius ceteris codicibus, eadem dico, quae iam saepius dixi. Si huius codicis scriptura genuina esset archetypi lectio, bene posset servari. Nihil autem obstat, ne codices VMN[P] ed. Ven. sequamur. Quod ad codicis C scripturam ἢ γοῦν (id est: ἤγουν) τυράννους pertinet, ex librarii neglegentia seu coniectura originem ducere mihi videtur.

Longe autem aliter res se habet or. VIII 25, 4, ubi in codicibus PCVMDX ed. Ven. haec videmus scripta: θεραπεύουσιν ἐκείνην ἀεὶ περὶ τὰς θύρας ἰόντες, codex autem Parisinus B pro ἰόντες exhibet ὄντες. Eo enim loco reliquorum codicum scriptura defendi ex mea quidem sententia non potest, quamquam concedo nonnullos exstare locos, ubi praepositio περί, si ab ea pendet casus accusativus, cum eis coniungitur verbis, quae movendi, non manendi habent significationem, ut Thucyd. II 23: οἱ Ἀθηναῖοι ἀπέστειλαν τὰς ἑκατὸν ναῦς περὶ Πελοπόννησον, vel Odyssea XI 42: οἱ πολλοὶ περὶ βόθρον ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος. Natura autem illorum locorum longe alia mihi videtur esse atque huius loci; hic enim sensu plane cassus est, si praepositionem περί his in germanicam linguam transferimus verbis: „um — herum“; verum voces περὶ τὰς θύρας ὄντες haec valere mihi videntur: „fores observantes“. Praeterea nullus, quod sciam, apud Dionem exstat locus, ubi praepositio περί coniuncta cum accusativo pendet a verbo aliquo movendi.

Atque etiam or. III 75, 3 coniectura οὐρανόν pro ἄνθρωπον, quae inest in Parisino B, laude digna mihi videtur. Iacobsius[2]) enim haec dicit: „si sol vel minimum de via de-

[1]) Codicem P uncis inclusi, quod illam in eo inesse scripturam argumentum est e silentio.

[2]) Allgemeine Schulzeitung, 1832, p. 1245.

cesserit: οὐδὲν κωλύει πάντα μὲν ἄνθρωπον . . . οἴχεσθαι. ἀνθρώπους corr. R; qua correctione non magnopere iuvatur sententia. Fortasse fuit: πάντα μὲν οὐρανόν, quod ουνον scriptum et cum ανον confusum." Ei Iacobsii adnotationi nihil aliud addam, nisi quod etiam in codice Monacensi O uno loco, or. IV 24, 5, librarii neglegentia οὐρανῶν pro ἀνθρώπων scriptum est.

Ex his, quae adhuc de codice Parisino B exposui, cum facile arbitretur quis ad cognoscendas genuinas archetypi lectiones hunc librum nullius esse momenti, nunc in altera parte demonstrare conabor compluribus locis sola codicis B opera genuinas archetypi lectiones servatas nobis esse. Quibus locis cum inter duos illos huius saeculi editores convenerit in Parisino B bonas inesse scripturas atque reiciendos ceteros codices, equidem, ne longus sim, in animo non habeo fusius exponere, qua re commotus persuasum habeam codicem B praeferendum esse reliquis libris. Verum id tantum adumbrabo, quam ob rem statuendum sit illis locis non coniecturae via bonas lectiones in librum B illatas, sed genuinas archetypi scripturas servatas nobis esse.

Or. XXXVIII 6, 5: τοῦτο δέδοικα, μὴ τὴν μὲν ὁμόνοιαν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς καλὴν εἶναι πιστεύσητε, τὸ δὲ πρὸς τούτους ὁμονοεῖν τοὺς ἀνθρώπους, οἷς ὁμονοεῖν φημι δεῖν ὑμᾶς, ἀδύνατον εἶναι νομίσητε.

Sic in Parisino B videmus scriptum; editio autem Veneta pro οἷς ὁμονοεῖν φημι exhibet οἷς ὁμοφρονεῖν φημι, in Meermanniano denique M verba: τοὺς ἀνθρώπους οἷς ὁμονοεῖν plane omittuntur. Eo loco codicis B scriptura inde mihi videtur orta esse, quod liber B^a correctus est ad codicem ξ. Lacuna enim, quae inest in Meermanniano M, facilius in hunc librum irrepere potuit, si in codicibus o et μ haec erant scripta: ὁμονοεῖν τοὺς ἀνθρώπους, οἷς ὁμονοεῖν, quam si haec scriptura: ὁμονοεῖν τοὺς ἀνθρώπους, οἷς ὁμοφρονεῖν ante oculos erat librario codicis M.[1]) Is enim conspiciens verbum ὁμονοεῖν altero loco positum omnia, quaecunque illi voci ante-

[1]) Cf. Madvig, Adversaria critica ad scriptores Graecos et Latinos I p. 34.

cedunt, iam exarasse se opinabatur, propterea quod iam semel hanc vocem textui inculcavit. Eodem modo res se habet or. XXII 3, 9, ubi codex B exhibet haec: *τίνος συμβάντος ἢ μὴ συμβάντος ἕκαστα τούτων πρακτέον,* in editione Veneta insunt haec: *τίνων συμβάντων ἢ μὴ συμβάντων ἕκαστα τούτων πρακτέον,* in Meermanniano autem M: *τίνος συμβάντος ἕκαστα τούτων πρακτέον.*

Or. XIV 4, 8: B *οὐκ ἂν οἶμαι ὁμολογοῖ,* M . . . *ὁμολόγοι,* ed. Ven. . . . *ὁμολογῇ.* — or. XVI 6, 9: B *διανοίας ἰσχυρᾶς ἐστιν ἡ χρεία,* M . . . *ἢ χρεία,* U ed. Ven. . . . *ἐστὶ χρεία.* — or. XVIII 20, 5: B *ἃ κρεῖττον τυγχάνεις εἰδώς,* M *ἄκτειστον τυγχάνεις εἰδώς,* ed. Ven. *ἃ κρείττων τυγχάνεις εἰδώς.* — or. XXI 7, 8: B *ἦ οὖν καὶ ὑπέσχοντο,* M *ἡ οὖν* . . ., ed. Ven. *οἷς οὖν* . . . . — or. XXVIII 9, 6: B *ἄλλους τε ἀγῶνας καὶ Ὀλυμπίασι νικήσαντα,* M . . . *ἱκήσαντα.* ed. Ven. . . . *νενικηκότα.* — or. XXXI 25, 15: B *αὐτόν,* M *αὑτόν,* ed. Ven. *αὐτό.* — or. XXXII 10, 6: B *δὲ ὁ,* M *δύο,* ed. Ven. *δέ.* — or. XXXVI 33, 1: B *κινδυνεύει γὰρ οὖν δή,* M *κινδυνεύει γὰρ οὖν δεῖ,* ed. Ven. *κινδυνεύει γὰρ δή.* — or. LXXVII 43, 6: B *καίοι,* M *καὶ οὐ,* ed. Ven. *καίοι ἄν.* Novem illis locis eaedem sine ulla dubitatione memoriae proderentur scripturae codicibus M et B, nisi liber ille M levissimis vitiis corruptus esset, quapropter iure hoc dici posse censeo, bonas illas Parisini B lectiones non ex coniecturis, sed ex codicis ξ lectionibus originem ducere.

Or. XIX 2, 7 codex Parisinus B haec exhibet: *πῶς γὰρ ἂν εἰδεῖεν τὸ σαφὲς οὐκ ἀκούσαντες ἐκείνου*; in Meermanniano autem M haec scripta vides: *πῶς γὰρ ἂν ἐντὸς ἀφὲς οὐκ ἀκούσαντες ἐκείνου,* in editione denique Veneta et in codice Neapolitano I. E haec: *πῶς γὰρ εἰδοῖεν τὸ σαφὲς οὐκ ἀκούσαντες ἐκείνου.* Particula *ἄν,* quae inest et in codice M et in Parisino B, demonstrari mihi videtur etiam hoc loco libri B opera genuinam archetypi lectionem servatam nobis esse. Codicis M autem lectionem apparet sic esse ortam, ut litterae *ειδει* (aut *ειδοι*) librarii neglegentia omissae fuerint.

Or. XXXI 102, 6: B *τὰς γὰρ εἰς τὸν πόλεμον δαπάνας οὐκ ἔνι συμβάλλειν οἶμαι τοῖς ἐν εἰρήνῃ γιγνομένοις ἀναλώμασιν,* M *οὐκ ἐν εἰ συμβάλλειν* . . ., ed. Ven. *οὐκ ἔστι συμβάλλειν.*

Sine ulla dubitatione codicis Meermanniani M librarius neglegenter pro ἔνι scripsit ἐν εἰ, quapropter iure Parisini B scripturam ἔνι συμβάλλειν in textum recipere possumus, praesertim cum saepius Dion forma ἔνι usus sit, ut or. XVI 6, 4: οὐ γὰρ ἔνι φυλάττεσθαι πάντα; or. XXXI 25, 10: οὐκ ἔνι τυγχάνειν; or. XXXI 80, 10: πῶς ἔνι τυγχάνειν.

Denique mentio mihi est facienda loci or. XXXI 121, 13, ubi codex Parisinus B exhibet haec: ἐν αὐτοῖς τινα σφάττεσθαι τοῖς θρόνοις, editio autem Veneta ἐν αὐτοῖς τινας σφάττεσθαι τοῖς θρόνοις, in Meermanniano denique M insunt haec: ἐν αὐτοῖς τινας φάττεσθαι τοῖς θρόνοις. Codicis M librarium litteram σ, quae re vera est initium verbi σφάττεσθαι, extremae voci τινα falso apposuisse vix est quod moneam.

Praeter omnes eos locos, quorum adhuc mentionem feci, undeoctoginta exstant loci, ubi codicis Parisini B lectiones, quin bonae sint, dubium non est; discrepantiae autem, quae exstant inter hunc codicem atque inter reliquos libros, levissimae sunt illis locis: accentus diverse positi sunt; vocales ε et η atque ο et ω mutantur; pro litteris dupliciter scribendis simpliciter hae litterae scribuntur; ea inveniuntur menda, quae nomine „iotacismi“ significantur. Illos enumerare locos, ne inutilis conglomeretur moles, desistam.

Nunc, si libet, omnia, quaecunque de codice Parisino B exposuimus, tribus complectamur verbis. Huius libri archetypus B^a, qui initio in deteriorum codicum numero fuit, correctus est ad codicem ξ, archetypum Vaticani V. Si bonae autem lectiones codicis B auctoritate memoriae traditae esse videntur, ubique accurate diiudices necesse est, unde illae scripturae originem ducant; longe plurimis enim locis non genuinae archetypi sunt lectiones, sed coniecturae, quae ab aliquo librario textui inculcatae sunt.

Pars tertia.

In tertia huius dissertationis parte mihi proposui de codicibus Monacensibus N et O agere, quibuscum Dionis orationes conferre liberalitate praefecti bibliothecae Monacensis mihi contigit.

Atque primum quidem paucis in universum praemissis accuratius dicam de eis locis, ubi codicum NO scripturae probandae sunt; deinde vero reliquas enumerabo eorum librorum lectiones; tum, qua affinitate coniuncti sint, exponam; postremo de scholiis, quae sunt in Monacensi N, agam; in appendice denique reliquorum deterioris generis codicum mentionem faciam.

Codex Monacensis 5 (N) est chartaceus charta levi et solida, foliis 413 constans, saeculo sexto decimo scriptus. Exstant in eo praeter Damascii diadochi dubia et solutiones de primis principiis eiusdemque dubia et solutiones in Platonis Parmenidem inde a folio 347: *Δίωνος τοῦ Χρυσοστόμου ῥητορικαὶ μελέται.* In indice orationibus praemisso quamquam octoginta Dionis orationes indicantur, septem tantum orationes (or. I—VII) scriptas videmus, quae parvis scholiis marginalibus ornatae sunt. Hae Dionis Chrysostomi orationes non ab eadem scriptae mihi videntur esse manu, propterea quod hi loci: 1) or. III 39, 3: *ὧν* — III 41, 1: *οὐδὲ*; 2) or. III 81, 7: *ἀπὸ* — III 93, 6: *πρὸς*; 3) or. IV 79, 5: *οἱ πονηροὶ* — IV 83, 3: *τοσούτους*; 4) or. VI 12, 1: *δὲ* — VI 13, 4: *βοσκημάτων*; 5) or. VI 22, 5: *διάγειν* — VI 30, 1: *ὁπόσα*; 6) or. VII 64, 3: *τί* — VII 72, 6: *ἀδελφός,* et litteris et atramento valde discrepant a ceteris locis. Nam litterae et maiores sunt quam minutae litterae ceterorum locorum, et partim longe alia indutae sunt forma atque in reliqua harum orationum

parte, dico praecipue litteras ι et π; atramentum autem magis nigrum est quam ceteris locis. Inde apparet septem illas Dionis orationes a duobus scriptas esse librariis; ad diiudicandam autem quaestionem quae auctoritas codici N tribuenda sit, nullius id est momenti.

Codex Monacensis 59 (O) est chartaceus charta tenui et levigata, litteris exaratus minutis et nitidis, variis lectionibus marginalibus ornatus, scriptus a Michaele Maleensi Epidaurio Florentiae saeculo sexto decimo, constans foliis 389. Exstant in eo praeter octo aliorum scriptorum opera inde a folio 168 usque ad 210: *Δίωνος τοῦ χρυσοστόμου ῥητορικαὶ μελέται περὶ βασιλείας.*

Hos duos codices Emperius iure deteriori codicum generi adscribit, quod et permultis locis eorum scripturae cum ceteris huius generis libris plane congruunt et idem orationum ordo in eis invenitur atque in illis. Omnes huius deterioris generis libri manu scripti in duas distribuendae sunt familias, in quarum altera, sicuti infra demonstrare conabor, editio Veneta est, in altera codices Monacenses N et O. Itaque si tres illi libri easdem exhibent scripturas, putare licet servatas nobis esse genuinas archetypi δ lectiones, cui codici, quae auctoritas tribuenda sit, in prima dissertationis parte exposui.

Aliter autem res se habet, si trium illorum librorum scripturae inter se discrepant; eis enim locis fusius est disserendum, utrum bona lectio, quae non in omnibus deterioribus inest codicibus, sed in parte tantum eorum, coniectura alicuius librarii sit putanda, an genuina sit libri δ scriptura reliquis deterioris generis codicibus laborantibus corruptelis.

His expositis secundum duas illas rationes eas codicum N et O scripturas, quae, quamquam neque ab Emperio neque a Dindorfio probatae sunt, mihi tamen probandae videntur esse, enumerare in animo habeo; praeterea autem etiam eos proferam locos, ubi Emperius et Dindorfius deteriorum codicum lectiones in textum receperunt, ex mea autem sententia meliores praeferendi sunt libri manu scripti. Atque primum quidem eorum mentionem faciam locorum, ubi et codices NO et editio Veneta easdem exhibent scripturs, quae, quin genuinae sint lectiones codicis δ, non est dubium.

Or. II 42, 7: *Μενέλαος δὲ πολλῇ* (ita editores) *αβροσύνῃ δῆλος ὁρᾶσθαι τοῦ Ταντaλιδᾶν ἐξ αἵματος ὤν.* Hos versus Dion ex Euripidis Oreste exscripsit, ubi in versibus 341—343 (ed. Kirchhoff) haec legimus:

Μενέλαος ἄναξ πολὺ δ' ἁβροσύνῃ
δῆλος ὁρᾶσθαι
τῶν Ταντaλιδῶν ἐξ αἵματος ὤν.

Inde cum intellegamus has inter Dionis atque inter Euripidis textum exstare diversitates: Eur. *Μενέλαος ἄναξ* — Dion *Μενέλαος δὲ*, Eur. *τῶν Ταντaλιδῶν* — Dion *τοῦ Ταντaλιδᾶν*, putare licet Dionem non ipsos hos versus ante oculos habuisse, sed, sicuti in memoria tenebat, orationi illi inseruisse.[1]) Id non

Adnot. 1) De Dionis ratione citandi versus in hac adnotatione accuratius agere mihi liceat: Dion, ut Homerum praestantissimum putat omnium poëtarum (cf. or. XVIII 8, 1—2), ita ex eo longe plurimos profert versus. Deinde vero Euripidis versibus saepius utitur, nunquam autem Aeschyli atque Sophoclis, quamquam eos plurimi aestimat (cf. or. LII 4, 4—8 et or. LII 15, 1—2). Praeterea Hesiodeos versus saepius in ordinem verborum recepit, ut omittam eos poëtas, quorum opera memoriae non prodita sunt. Si poëtarum illorum versus, quos Dion affert, comparamus cum ipsorum poëtarum textu, sicuti servatus nobis est, miras invenimus discrepantias. Nam ut exemplum afferam, or. XVII 9, ubi Phoenissarum versus 532—542 proferuntur, hae inter Dionis atque inter Euripidis textum exstant diversitates: 533: Eur. *φιλοτιμίας* — Dion *πλεονεξίας*; 536: Eur. *κεῖνο κάλλιον τέκνον* — Dion *τοῦτο κάλλιστον βροτοῖς* [539 Euripidis codices exhibent *συνδεῖ*, non *ξυνδεῖ*, ut adnotat Emperius]. Deinde or. XXXII 100, 5 affert Dion Herculis versum 671, atque apud Euripidem quidem hoc videmus scriptum: *οὐ παύσομαι*, apud Dionem: *μὴ παυσαίμην*; in sequenti autem versu apud Euripidem *συγκαταμιγνύς*, apud Dionem *ἀναμιγνύς*. Ab Homeri autem textu Dion his potissimum recedit locis: or. VII 83, 9, ubi in Odyssea XVII 475 haec legimus: *σῖτον ἀποπροελὼν δόμεναι· τὰ δὲ πολλὰ πάρεστιν*, apud Dionem autem haec: *σῖτον ἀπάρξασθαι, πολλῶν κατὰ οἶκον ἐόντων*; or. VII 146, 5, ubi in Iliade XVI 180 scriptum videmus *Πολυμήλη*, Dionis autem codices exhibent *Πολυδώρη*; or. XXXIII 15, 6, ubi in Odyssea IV 246 est *δυσμενέων*, in Dionis autem illa oratione *θρυπτομένων*; or. XXXV 13, 7, ubi in Odyssea IV 604 haec legimus: *πυροί τε ζειαί τε τ' ἠδ' εὐρυφυὲς κρῖ λευκόν*, apud Dionem autem haec: *πυρούς τε ζειάς τ' ἠδ' εὐρυφυὲς κρῖ λευκόν*; or. XXXIII 40, 6, ubi in Odyssea XVII 269 exstat *γιγνώσκω*, apud Dionem *γιγνώσκειν*. Ex his quae attuli exemplis apparet discrepantias, quae exstant inter Dionem atque inter illorum poëtarum

parvi mihi videtur momenti esse, si nunc exponere conabor, quae scripturae sint genuinae archetypi lectiones. Atque primum quidem valde memorabile est, quod verba πολὺ δ' αβροσύνῃ exstant in Euripidis codice Marciano, sed a prima manu in ceterorum codicum lectionem πολλῇ δ' ἁβροσύνῃ mutata sunt. Euripidem ipsum πολὺ δ' ἁβροσύνῃ, non πολλῇ δ' ἁβροσύνῃ scripsisse, ex metricis legibus apparet; atque etiam Dion quin lectionem πολὺ δ' ἁβροσύνῃ secutus sit, dubium non esse mihi videtur. Nam etiamsi concedendum est exemplar Euripideum ei ante oculos non fuisse, non negabis tamen Dionem orationi inseruisse versum, qui cum metri legibus congrueret. Accedit codicum auctoritas. Scripturam πολὺ δ' ἁβροσύνῃ exhibet codex Vaticanus V, πολὺ ἁβροσύνῃ Parisinus B, πολλὺ γ' ἁβροσύνῃ Parisinus C; in libris autem PMNO ed. Ven. pro πολὺ exstat πολλῇ. Haec lectio πολλῇ ita mihi videtur orta esse, ut archetypum, ex quo omnes qui praesto nobis sunt codices fluxerunt, collatum esse statuamus cum aliquo Euripidis codice, in quo scriptum esset πολλῇ δ' ἁβροσύνῃ; haec lectio adscripta est atque hinc in textum venit et deteriorum codicum

textus, esse maximas; putare autem differentias illas originem ducere ex neglegentia, qua Dionis orationes descriptae sint, absurdum mihi videtur. Immo Dionis ratio proferendi versus videtur mihi fuisse non eius, qui quam accuratissime scriptorum locos textui interponat, sed eius, qui neglectis singulis rebus semper id scribat, quod ad rem ipsam conducat. Quam ob rem ipsa verba aliunde sumpta et verborum ordinem non diligenter servavit, sed suum in usum flexit et mutavit. „Saepius enim", ut ait Herselius[1]), „scriptores utuntur poëtarum locis insignibus, non exemplis, quid praeceperint, illustraturi, sed suis ipsorum sententiis maiorem gravitatem sive elegantiam paraturi." Ex illa citandi versus ratione apparere mihi videtur non recte fecisse Reiskium, Emperium, Dindorfium or. XXXII 94, 9 et 11, ubi ἐκ τοῦδε pro αὐτοῦ δέ contra omnium Dioneorum codicum auctoritatem propterea scripserunt, quod illa scriptura exstat apud Euripidem (Herc. 947 et 949). In versibus Electrae 231 et 232 Kirchhoffius Dionis or. XIII 5, 4 et 6 sequens ἔχει ac τόπον pro ἔχων ac νόμον, quae scripturae in Euripideis inveniuntur codicibus, in textum recepit. Weilius autem suo iure Euripidis sequitur codices, quorum lectiones bene defendi possunt, neque Dioni auctoritatem tribuit.

[1]) Herselius: Qua in citandis scriptorum et poëtarum locis auctor libelli „περὶ ὕψους" usus sit ratione. Berol. 1884.

et duorum meliorum, cum in aliis melioribus πολὺ servaretur.[1] Quae si probabiliter disputata sunt, elucet Emperium et Dindorfium non recte scripturam πολλῇ probasse.

Venio nunc ad eam quaestionem, utrum πολὺ δ' αβροσύνῃ an πολὺ γ' ἁβροσύνῃ in Dionis textum sit recipiendum. In codicibus enim PCM exstat particula γέ, Vaticanus autem V exhibet δέ, in codicibus denique BNO ed. Ven. nulla interest particula inter adiectivum πολλῇ et substantivum ἁβροσύνῃ. Hoc loco codices PCM bonam servasse mihi videntur lectionem; nam cum apud Dionem verba, quae his antecedunt, sint haec: Μενέλαος δὲ . . ., etiam post vocem πολὺ particulam δὲ eum scripsisse cogitari nequit. Codicis autem Vaticani V lectio δὲ aut ad librarii neglegentiam referenda aut inde explicanda esse videtur, quod liber ξ ad codicem aliquem Euripideum correctus est. Quod ad deteriorum librorum pertinet scripturam, in archetypo eorum ex librarii neglegentia illa particula omissa videtur fuisse. Censeo igitur probandam esse hanc scripturam:

Μενέλαος δὲ
πολὺ γ' ἁβροσύνῃ . . .

Praeterea omnes Euripidei et meliores Dionei codices exhibent ὁρᾶσθαι et Ταντα λιδῶν[2], in deterioribus autem Dionis libris exstant lectiones ὁρᾶται et Ταντα λιδᾶν[3]; quibus duobus locis quae genuinae fuerint Dionis scripturae, diiudicare non audeo. Hoc tantum dico deteriorum codicum lectionem Ταντα λιδᾶν haud pravam esse ex sententia mea; in Iphigeniae Tau-

---

[1] Leve vitium πολλὺ pro πολὺ nullius momenti est. Parisinus B ad codicem ξ (archetypum Vat. V) est correctus. — Textui Euripideo corruptam lectionem πολλῇ antiquitus adscriptam fuisse censeo. Librarius cod. Marciani utramque scripturam ante oculos habuit; ceteri libri falsam tantummodo propagaverunt.

[2] Emperius adnotat in Meermanniano M „a correctore" inesse Ταντα λιδᾶν. Sed cum p. XI praefationis haec exponat: „dico autem libri M primam manum. nam passim correctus est et interpolatus ex aliquo deterioris generis libro", cognoscimus illius codicis scriptura Ταντα λιδᾶν hanc non refelli sententiam in omnibus melioris generis codicibus inesse Ταντα λιδῶν.

[3] Ex Emperii adnotatione concludendum est in editione Veneta non inesse Ταντα λιδᾶν, sed Ταντα λιδῶν; inspiciens autem ipse illam editionem cognovi Emperium errasse.

ricae enim parodo, quae constat ex anapaestis, traditum est *Ταντα-λιδᾶν* (vs. 192 ed. Kirchhoff.), atque etiam in Oreste Euripides fortasse praetulit hanc formam.[1])

Or. III 41, 4: *ἀλλ' αὐτὸς πρῶτος διαρπάζων τε καὶ φθείρων καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτρέπων.* Hanc scripturam, quae inest in codicibus PCVB, probaverunt Emperius et Dindorfius in editionesque receperunt. In codicibus autem NO et in editione Veneta pro *φθείρων* scriptum videmus *διαφθείρων,* id quod meliorum codicum scripturae praeferendum esse censeo. Hoc enim loco Socrates de malo rege agens, quantopere ille vituperandus sit, vehementissimis illustrat verbis neque simplicia, ut id depingat, ei sufficiunt verba, sed compositis utitur, velut *προνοούμενος, ἀπαμύνων, προφυλάζων, διαρπάζων.* Quam ob rem etiam verbum *διαφθείρων* scripsisse Dionem, non *φθείρων,* credibile est.

Quae genuina fuerit archetypi scriptura, multo difficilius est diiudicare or. III 69, 2, ubi codices PC haec exhibent: *καὶ τὸ μὲν σῶμα παρούσης αὐτῷ μόνον αἰσθάνεται τῆς ἀλγηδόνος,* in libris autem NO et in editione Veneta inest: *καὶ τὸ μὲν σῶμα αὐτὸ παρούσης μόνον αἰσθάνεται τῆς ἀλγηδόνος;* codicis denique Parisini B scriptura: *καὶ τὸ μὲν σῶμα αὐτῷ παρούσης μόνον αἰσθάνεται τῆς ἀλγηδόνος* nullius est momenti, quod *αὐτῷ παρούσης* „a correctore" textui inculcatum est. Earum lectionum quod neutram Emperius et Dindorfius probaverunt, recte sine dubio fecerunt. Sed Emperii coniectura: *καὶ τὸ μὲν σῶμα αὐτὸ μόνον παρούσης αἰσθάνεται τῆς ἀλγηδόνος* propterea probari non posse mihi videtur, quod dubitationi ansam praebet. Fieri enim potest, ut pronomen *αὐτό* cum substantivo *σῶμα,* adverbium autem *μόνον* cum participio *παρούσης* coniungatur; praeterea autem etiam hoc cogitare possumus verba *αὐτὸ μόνον* adverbialiter intellegenda esse. Quam sensus ambiguitatem quamquam sustulit Dindorfius hunc verborum ordinem restituens: *καὶ τὸ μὲν σῶμα παρούσης αὐτὸ μόνον αἰσθάνεται τῆς ἀλγηδόνος,* ex mea tamen sententia ne

[1]) Quod ad alteram scripturae diversitatem attinet, cogitari potest Dionem non accurate scripsisse *ὁρᾶται* et hoc ex Euripide in melioribus libris esse correctum; sed cogitari etiam potest *ὁρᾶται* vitium esse codicum deteriorum.

eius quidem docti viri coniectura laude digna est. Nam Dion, sicuti de or. LXXII 1, 1 agens demonstrare conatus sum[1]), vocibus *αὐτὸ μόνον* usus non est. Itaque cum aliam illi loco afferamus medicinam necesse sit, hanc in textum recipere scripturam propono: *καὶ τὸ μὲν σῶμα παρούσης μόνον αὐτῷ αἰσθάνεται τῆς ἀλγηδόνος*. Nam primum quidem facillimam eam esse coniecturam libenter concedes, propterea quod meliorum codicum scripturam plane secutus nihil aliud feci, nisi quod verba *αὐτῷ μόνον* aliter ordinavi; quod verbo *παρούσης* adscriptus est dativus *αὐτῷ*, te non offendet; hiatum autem post pronomen *αὐτῷ* saepissime invenimus, sicuti posteris temporibus demonstrare mihi proposui.

Or. IV 69, 4: *μὴ θέλειν*. Sic in codicibus NO et in editione Veneta scriptum videmus; codices autem BC exhibent: *μὴ ἐθέλειν*, id quod et Emperius et Dindorfius in textum receperunt. Hoc loco doctos illos viros propterea sequi nequeo, quod Dion hiatus vitandi studio commotus talem sequi solet dicendi usum, ut eis locis, ubi vocabula in vocules desinentia antecedunt, *θέλειν* praeferat, ceteris autem locis forma *ἐθέλειν* utatur.[2]) Atque ut demonstrem, quam raro post vocales verbum *ἐθέλειν* usurpaverit, omnes eos locos, quos in omnibus Dionis inveni orationibus, enumerabo: or. XXXII 17, 2: *μὴ ἐθέλειν*, 27, 3: *πάντα ἐθέλειν*; or. XXXV 5, 4: *μὴ ἐθέλῃ*; or. XXXXV 7, 8: *ποτε ἐθέλουσιν*; or. LXVI 15, 3: *τῷ ἐθελήσαντι*; or. LXXII *τοῦτο ἐθέλουσιν*. Quarum discrepantiarum cum perparvus sit numerus, apparet omnibus eis locis, ubi post vocales alii codices formam *ἐθέλω*, alii *θέλω* exhibent, formam *θέλω* praeferendam esse, sicuti or. IV 69, 4, de quo loco nunc ago. Neque ab Emperii et Dindorfii parte sto or. II 6, 6, ubi docti illi viri codices M B N O ed. Ven. secuti in textum receperunt *μὴ ἐθέλειν*, quamquam in codice Parisino C scriptum videmus *μὴ θέλειν*.

Or. VI 38, 6: *φεύγειν δὲ ἀπὸ μὲν τῶν ἀνόπλων πρὸς τοὺς ὡπλισμένους, ἀπὸ δὲ τῶν ὡπλισμένων χωρεῖν πρὸς τοὺς ἀνόπλους*. Sic in codicibus BN et in editione Veneta scriptum videmus, libri autem PCM omittunt verbum *χωρεῖν*.

---

[1]) Cf. p. 43 et 44.

[2]) Cf. p. 34.

Emperius deteriores sequitur codices, Dindorfius meliores. Equidem Dindorfio hoc loco assentior, quod illi enuntiationi haec respondet: *ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ πλήθους φυλάττεσθαι τοῖς δορυφόροις, ἀπὸ δὲ τῶν δορυφόρων*[1]) *εὐνούχοις*. In posteriore autem eius enuntiati membro: *ἀπὸ δὲ τῶν δορυφόρων εὐνούχοις* verbum *φυλάττεσθαι* subaudiendum est, quam ob rem persuasum habeo etiam in priore illa enuntiatione non duo, sed unum a Dione scriptum fuisse verbum.

Or. VII 36, 3: *ὥστε μοι δοκεῖ μᾶλλον ἑτέρους προτρέπειν . . . . ἐργάζεσθαι τῆς δημοσίας γῆς ἀπολαβόντας, τοὺς μὲν ἀφορμήν τινα ἔχοντας καὶ πλείω, τοὺς δὲ πένητας, ὅσην ἂν ἕκαστος ᾖ δυνατός.*

Eam scripturam et Emperius et Dindorfius secuti codicem Monacensem N et editionem Venetam in textum receperunt; equidem autem codices HPCM[2])B, qui exhibent *πλείω* pro *καὶ πλείω,* praeferendos esse censeo. Nam cum sensus huius loci hic fere sit: „arbitror alios vos adhortari debere, ut acceptum agrum publicum colant, et eos quidem, quibus pecuniae sunt, maiorem partem, pauperes autem, quantum quisque possit“, cur particula *καί* vis adiectivi *πλείω* augeatur, non satis causae est.

Or. VII 111, 1: — *ἅς γε τὴν ἀρχὴν μηδὲ ἐργασίας τό γε ὀρθὸν καλεῖν· οὐ γὰρ ἄν ποτε Ἡσίοδος ἐπήνεσεν ὁμοίως πᾶν ἔργον, εἰ τῶν πονηρῶν ἢ τῶν αἰσχρῶν ἠξίου ταύτης τῆς προσηγορίας· οἷς μὲν οὖν ἄν τις προσῇ τούτων τῶν βλαβῶν καὶ ἥττισοῦν.*

Codices CM scripturam exhibent *οἷς μέν,* quam et Emperius et Dindorfius in textum receperunt. In codicibus autem BN et in editione Veneta pro *οἷς μέν* legimus *αἷς μέν,* id quod meliorum librorum lectioni praeferendum esse censeo. Nam quamquam ex antecedenti enuntiatione ad illum pronomen *οἷς* substantivum *ἔργοις* subaudiri potest, illa tamen interpretatio propterea non apta mihi videtur esse, quod Dion in paragraphis 109 et 110 de eis fusius agit rebus, quas nominat *ἐρ-*

---

1) Schenkelius (Wiener Studien, 1880, vol. II p. 148) concinnitatis legibus permotus iure pro *εὐνούχοις* scribit *τοῖς εὐνούχοις*.

2) In codice M *καὶ* ante *πλείω* „a correctore“ est additum; sed confer, quae in adnotatione 2 ad p. 57 exposui.

γασίαι καὶ τέχναι, atque quod ex verbis οὔτε καθ' Ἡσίοδον οὔτε καθ' ἡμᾶς (111, 4) intellegimus pergere eum de artibus atque de negotiis dicere. Contra hae voces: οὐ γὰρ ἄν ποτε — προσηγορίας parenthesis quasi loco mihi videntur positae, quapropter nimia huic enuntiationi tribuitur auctoritas, si ad pronomen οἷς supplemus ἔργον. Huc accedit, quod multo maiorem habet probabilitatem librarium aliquem vocem αἷς mutasse in οἷς, quam οἷς in αἷς, propterea quod τέχναι καὶ ἐργασίαι in antecedenti non commemorantur enuntiatione, sed de ἔργῳ dicitur.

Or. VII 117, 9: ἔτι δὲ ἐν οἰκιῶν ὀροφαῖς καὶ τοίχοις καὶ ἐδάφει τὰ μὲν χρώμασι . . . . τὰ δὲ αὐτῶν τοίχων γλυφαῖς.

Emperius adnotat in codice Monacensi N exstare scripturam αὐτῶν, id quod Kayseri aut Emperii ipsius errori tribuendum est; nam sicuti in ceteris codicibus excepto Meermanniano M, ita etiam hic legimus αὖ τῶν. Quo de loco, qui non plane pertinet ad locos in hac parte afferendos, non dicerem, nisi doctorum virorum sententiae plane discreparent. Apud Reiskium enim invenimus αὖ τῶν, eumque sequitur Schenkelius[1]), qui haec exponit: „αὖ τῶν mit P und anderen für αὐτῶν zu lesen." Pflugkius[2]) contra hanc amplectitur sententiam: „Mox e Morelliana revocavi τὰ δὲ αὐτῶν, nam Reiskius e Veneta susceperat αὖ τῶν"; atque etiam apud Emperium et apud Dindorfium scriptum videmus αὐτῶν. Ex mea sententia, si verborum connexum spectamus, utra praeferenda sit scriptura, discernere nequimus, quapropter sola codicum auctoritas ansam praebet, ut cognoscamus, quae genuina fuerit archetypi lectio. Eam autem fuisse αὖ τῶν inde elucet, quod et meliores codices PC et deteriorum librorum genus eandem exhibent scripturam. Huc accedit, quod facillime ex αὖ τῶν exsistere potuit αὐτῶν, αὐτῶν autem in αὖ τῶν mutatum esse minus credibile videtur.[3])

Omnibus eis quos enumeravi locis cum codicum NO[4]) scripturae eaedem sint atque editionis Venetae, plane, sicuti

[1]) Wiener Studien, 1880, vol. II p. 149.
[2]) Schedae criticae, Gedani 1835, p. 33.
[3]) Cf. pag. 44.
[4]) Orationes quinta, sexta, septima in codice O non exstant.

antea exposui, apparet illas scripturas genuinas esse codicis δ lectiones. Nunc autem eorum mentionem faciam locorum, ubi deterioris generis libri, Monacensis N, Monacensis O, editio Veneta, non consentiunt, sed alius codex aliam exhibet scripturam. De eis locis fusius est disserendum, utrum bonae lectiones, quae insunt in parte deteriorum librorum, genuinae codicis δ sint scripturae, an librariorum putandae coniecturae.

Or. III 6, 6: *ὅτῳ δὲ παμπληθεῖς μὲν ὑπακούουσι πόλεις, πάμπολλα δὲ ἔθνη κυβερνᾶται διὰ τῆς ἐκείνου γνώμης, ἀναρίθμητα δὲ φῦλα ἀνθρώπων ἄμικτα ἀλλήλοις ἀποβλέπει πρὸς μίαν φρόνησιν· πάντων οὗτος ἀνθρώπων* —.

Sic apud Emperium et apud Dindorfium scriptum videmus secutos codicem P, qui hanc exhibet scripturam: *πάντων οὗτος ἀνθρώπων*. In codice autem C legimus: *πάντων οὖν τῶν ἀνθρώπων*, quam lectionem librarii neglegentia ex *πάντων οὗτος ἀνθρώπων* ortam esse crediderim, propterea quod non solum in Palatino P, sed etiam in deterioribus codicibus pronomen *οὗτος* inest; facillime autem librarium pro verbo *οὗτος* scribere potuisse *οὖν τῶν* non negabis. Itaque cum codex γ hanc exhibuisse videatur scripturam: *πάντων οὗτος ἀνθρώπων*, in libro δ haec fuerunt scripta: *πάντων δὴ οὗτος ἀνθρώπων* aut *πάντων δὲ οὗτος ἀνθρώπων*.[1]) In editione enim Veneta particulam *δέ* invenimus, codicum autem Monacensium N et O auctoritate scriptura *πάντων δὴ οὗτος ἀνθρώπων* comprobatur. Nunc quoniam quae codicum γ et δ fuerint scripturae, demonstrare conati sumus, quam praeferamus lectionem, exponere nobis liceat. Quanta quamque excellens sit regum potentia, disertis verbis Dion hoc loco exponit; atque verba quidem *πάντων ἀνθρώπων* in eis, quae antecedunt, in tria secat genera: *παμπληθεῖς πόλεις, πάμπολλα ἔθνη, ἀναρίθμητα φῦλα*. Quae tria genera cum nunc vocibus *πάντων ἀνθρώπων* complectatur, particula quaedam suo mihi videtur esse loco, quae valet ad augendam adiectivi *πάντων* vim. Talibus autem locis Dionem voce *δή* usum esse bene exposuit Schmidius[2]) dicens: „*δή* schliesst Dio nach attischem Brauch an Relativpronomina, Ad-

[1]) Utra genuina codicis δ putanda sit scriptura, infra diiudicabimus.

[2]) Wilhelm Schmid, l. c. p. 184.

jectiva, besonders im Superlativ, Substantive, Partikeln häufig an, um dadurch hervorzuheben"; simillimum autem huius or. III 6, 6 locum scriptum vides or. IX 5, 5, ubi codex Parisinus C haec exhibet: *τῶν δὲ ἄλλων οἱ μακρόθεν μάλιστα προσῄεσαν πρὸς αὐτὸν, ἀπὸ τῆς Ἰωνίας τε καὶ Σικελίας καὶ Ἰταλίας ὅσοι παρῆσαν καὶ τῶν ἐκ Λιβύης τινὲς καὶ τῶν ἐκ Μασσαλίας καὶ ἀπὸ Βορυσθένους· οὗτοι δὴ πάντες ἰδεῖν βουλόμενοι μᾶλλον αὐτόν* . . . Ex dicendi igitur genere Dionis apparet codicum NO scripturam *πάντων δὴ οὗτος ἀνθρώπων* in textum recipiendam esse; atque iam Seldenus[1]) quidem particulam *δή* fortasse restituendam esse putavit scribens: „scribe *δή* aut *γέ*, res clara". — Nunc autem quaerendum est in deteriorum codicum archetypo *δ* utrum fuerit *δὴ*, quod ab editionis Venetae[2]) editore in *δὲ*, an *δὲ*, quod a codicis *ϑ* librario in *δὴ* mutatum sit. Certe haec quaestio ex sententia mea diiudicari non potest, hoc autem dicere licet saepissime in libris manu scriptis vocem *δέ* pro *δή* aut *δή* pro *δέ* scriptam esse. Cf. or. IV 74, 1: C ed. Ven. *διηγεῖτο δέ,* B *διηγεῖτο δή*; or. VII 3, 4: CN ed. Ven. *προεληλυθὼς δέ,* MBL *προεληλυθὼς δή.* Quapropter fieri potest, ut in codice *δ* fuerit *δή,* praesertim cum editio Veneta non ex ipso illo libro hausta sit.

Or. IV 49, 5: *τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας καὶ Λιβύης.*

Sic omnes qui examinati erant codices omnesque scribunt Dionis editores. Nunc autem cognoscimus in codicibus NO pro *καὶ Λιβύης* hanc inesse scripturam: *καὶ τῆς Λιβύης,* quam comprobandam censeo. Nam apud Dionem tria si enumerat nomina substantiva, quibus idem tributus est sensus, tria observavi compositionis genera: aut omnibus his tribus substantivis articulus adscribitur, sicuti invenimus or. XII 14, 6: *τὸν δὲ Ἰσμηνίαν καὶ τὸν Πῶλον καὶ τὸν Γοργίαν,* aut prima tantum earum vocum articulo ornata est, sicuti scriptum videmus or. II 10, 2: *τόν τε Διομήδη καὶ Ὀδυσσέα καὶ Νέστορα,* aut semper articulus omittitur, sicuti fit or. XXI 17, 10: *οὐδὲ Ἀλέξανδρον ἢ Εὔφορβον ἢ Τρωΐλον.* Nullus autem, quod sciam, exstat

[1]) l. c. p. 221.

[2]) Etiam codicis T aut codicis *ψ* librarii mendum illud textui inculcare potuerunt, cum editio Veneta non ex ipso libro *δ* hausta sit.

locus, ubi duo priora substantiva, sicuti hoc loco, articulo coniuncta sunt, tertium eo caret. Ceterum illo loco in medio est relinquendum, bona illa codicum NO lectio utrum genuina archetypi sit scriptura, an ex librarii emendatione originem ducat. Fieri enim potest, ut in archetypo lectio *τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Λιβύης* fuerit, quae et a codicis γ librario et ab editionis Venetae editore depravata est. Sed ne id quidem incredibile est librarium codicis ϑ, archetypi Monacensium N et O, medicinam attulisse illi loco.

Or. V 22, 1: *τυχὸν ἂν οὖν ὁ μῦθος αἰνίττεται λέγων* —.

Emperius adnotat abesse se malle particulam *ἄν*, atque Dindorfius omittit eam vocem, quamquam in omnibus qui adhuc exarati erant codicibus invenitur. Nunc autem apparet in Monacensi N abesse *ἂν* exhibente *τυχὸν οὖν ὁ μῦθος αἰνίττεται λέγων*. Eius codicis lectio etiamsi coniecturae via fortasse orta est — ut antecedenti, ita hoc loco diiudicare nequimus, quae origo fuerit bonae lectionis — sine ulla dubitatione tamen in textum est recipienda; cf. Kuehner. l. c. II 1, 170. Nam or. XXXI 2, 3 in verbis *ἐγὼ δὲ ἂν μὲν ὑμῖν ἀκούσασιν ἢ μηδὲν τῶν δεόντων ἢ περί τινος τῶν μὴ πάνυ ἀναγκαίων φανῶ λέγων, δικαίως ἂν ἀμφότερά φημι δόξειν ἅμα εὐήϑης καὶ περίεργος* Dion particulam *ἂν* non ad indicativum praesentis *φημί*, sed ad infinitivum futuri *δόξειν* apposuit. Indicativo futuri, quocum Homerus saepe particulam *ἂν* (*κέν*) coniungit, ter tantum, quantum scio, Dion adscripsit illam vocem: or. VII 106, 4: *τάχα γὰρ ἂν φανεῖται*[1]) *χαλεπὸν τοιούτῳ βίῳ διαρκεῖν μηδὲν ἄλλο κτῆμα*; or. XVI 11, 5: *τὸ γὰρ αὐτὸ ἕτερος λαβὼν ἂν ἰσχυρότερος ῥαδίως οἴσει*; or. VII 104, 3: *σκεπτέον ἂν εἴη, πῶς ἂν μάλιστα διάγοντες καὶ ποῖ' ἄττα μεταχειριζόμενοι δυνήσον-*

[1]) In editione Veneta et in codicibus CN pro *φανεῖται* inest *φανῆται*, de qua lectione Pflugkius (Annales Gedanenses 1835) haec p. 24 dicit: „Si *ἂν* particula futuro indicativi iungeretur, facillimum erat corrigere *φανεῖται*. Sed id quum recte videatur pars grammaticorum negare, scripsisse Dio putandus est *τάχα γὰρ ἂν φανείη τι χαλεπόν*.“ Codicum autem MB auctoritate comprobatur scriptura *φανεῖται*, quam in *φανείη* mutare non est causae, quod apud Dionem duo alii exstant loci, ubi indicativus futuri coniungitur cum particula *ἄν*.

ται μὴ κακῶς ζῆν. Quae cum ita sint, ex mea quidem sententia or. V 22, 1 codicis Monacensis N scripturam τυχὸν οὖν ὁ μῦθος αἰνίττεται λέγων in textum recipiendam esse censeo.

Nunc quoniam de his accuratius egimus locis, etiam reliquas codicum Monacensium N et O scripturas afferemus. Enumerare autem eas lectiones duas ob causas non alienum esse iudico. Nam si quis posteris temporibus septem illas Dionis orationes cum aliis deterioribus codicibus contulerit — id quod vehementer spero —, non tredecim illi loci, quorum supra mentionem feci, sufficient, ut accurate cognoscamus, quomodo codices N et O cohaereant cum aliis deterioris generis codicibus. Praeterea autem utrum hi libri coniecturis depravati sint necne, tum demum recte intellegemus, cum etiam reliquas librorum NO scripturas enumeraverimus.

Atque primum quidem me ad eas Dionis orationes convertam, quae iam antea cum codicibus NO collatae fuerunt. Exaravit enim Kayserus codicis O scripturas, quae quidem pertinent ad orationis primae paragraphos 32 primas, et codicis N lectiones, quae exstant in oratione prima et in oratione septima usque ad paragraphum 124. Praeterea autem secundae orationis paragraphi tredecim primae cum codice N collatae esse videntur, quamquam Emperius de codice N agens huius rei mentionem non facit. Sed hae codicum NO scripturae, praecipue Monacensis N lectiones, saepius falso enotatae sunt, ut prava adhuc huius codicis imago animo concepta sit. Cuius rei Emperius ipse conscius sibi erat dicens[1]: „scripturas orationis primae a Kaysero enotatas publicavit Fr. Iacobsius in Annal. Darmstad. a. 1832, p. 236. in his quosdam meos errores excusari velim. nam Monacensium scripturam minus accurate mihi transscripseram.“ Atque eos quidem Kayseri aut Emperii errores nunc emendabo.

Oratio I.

2, 2: O οὕτως; 4, 1: O ὑμᾶς οὐκός; 5, 1: N ἔτι δὲ μή; 6, 1: O ὅ; 7, 3: O κολάζωντι; 8, 3: O ὡς φησίν; 9, 1; NO πρέπουσα ἀξία; 12, 4: O τὸ pro τῷ; 13, 2: N παθεῖν pro σπαθᾶν; 13, 3: N ἐμπιπλάμενον; 13, 6: O om. τε; 13, 7: N

[1]) Cf. praef. p. XV, § 33.

ἡστιάτορα; 14, 5: O ἔσταί ποτε; 21, 2: N δεῖν πλεῖον, O δεῖν πλέον; 21, 6: O τοὺς ἀεὶ τοὺς ἀεί; 24, 2: O ἐστιν; 27, 2: N om. καὶ εἰδώς; 28, 1: N φιλέταιρος, O φιλότερος; 28 7: O μητ' εἰ; 29, 5: O νεώς; 30, 3: NO ἀναγκάζοι; 30, 3: N σκοπεῖ; 31, 2: O ἑτοιμότερος ἐντυχίαις, prima manus corr. εὐτυχίαις; 31, 5: NO om. ποῖα δὲ ἐρύματα. — Inde codicis N scripturas tantum proferam: 42, 2: ὡς ἂν αὐτό τε; 43, 5 om. παρά; 47, 7: τέ μιν; 48, 4: δεομένου; 50, 6: ἀκώλους. ἄρνας; 52, 2: ἐπετύγχανον; 56, 7: μέλοιεν; 58, 5: τούτου; 59, 5: οὐδ'; 65, 2: οὐδὲ πλεονεξιῶν (om. τῶν); 66, 7: πολλήν; 66, 9: δίδειμος; 67, 4: πλατεῖα; 71, 3: ἤ τοι; 71, 5: βλέμα; 72, 2: ἅπαντας, μεστά; 74, 2: καθημένῃ; 74, 3: πάνυ ὁμοία; 76, 5 om. καὶ — ταλαίπωροι; 77, 2: καὶ αὕτῃ; 78, 4: τινὰς ἄλλας; 80, 4: καθημένῃ εἰς ἀτρεμίζειν; 83, 1: ἠθεάσατο.

Oratio II.

(Tredecim primae paragraphi cum codice N collatae.)

7, 6: παραβαλλόμενον; 10, 8: πίπτεις; 10, 10: φόβοι.

Oratio VII

(usque ad paragraphum 124).

3, 3: ἤπου; 10, 5: αὐτόν a corr. add., τρόπον; 17, 6: καὶ εἴποτε; 18, 4: διέζων γένοντο; 23, 4: καὶ ὥστε (καὶ obelo not.); 26, 5: δ' ἐκάθησαν; 32, 4: βλέπων τῆς ὑμετέρας (τῆς ὑμετέρας del.); 44, 2: οὐ καί; 44, 4 om. ἐγὼ δὲ εἶπον; 47, 2: ἐρῶσι καί; 47, 7: καλαῖς marg. add.; 50, 2: μέν ποτε; 51, 5: εὐσεβείᾳ; 53, 1: ἄνθρωπος; 55, 6: τινός; 63, 4: ἠνώχλησε; 64, 4: εἰπέ; 75, 1: οἱ παρθένος; 81, 6: εἴ γε δή; 82, 6: ἔπειτα τὰ τοιαῦτα καί; 82, 9: οὐδέ; 83, 6: ὁ μειδίζων; 85, 6 om. καὶ ἱμάτιον; 86, 6 om. αὐτοῖς; 95, 5: συμφορά; 111, 2: τούτων βλαβῶν; 111, 7 om. καὶ ὀνομαζομένων; 113, 1: πράττοντας; 115, 4: δυστυχῶς; 117, 4: διαφερούσας; 121, 2: νῦν (marg. adscr.).

Nunc quoniam quae Kayserus atque Emperius ex illis codicibus false exaraverunt, emendavi, ceteras codicum NO scripturas afferam. Ex illarum lectionum numero eas tantum silentio praeteribo, quae ad cognoscendum, quo familiaritatis vinculo Monacenses N et O coniuncti sint, nullius sunt momenti, sicuti iotacismi.

Oratio I.

(Codicis O scripturae inde a paragrapho 32.)

33, 4 et 5: *τῶν παρά*; 35, 4 om. *ὁ*; 36, 2 om. *σοι*; 37, 4 om. *καὶ τά*; 41, 4: *μὴ δέ*; 41, 4: *ἀμιλεῖν*, corr. *ἀμελεῖν*; 43, 1: *μετέχοντας — πράττων* bis positum; 43, 5 om. *παρά*; 44, 1: *ὅστις*; 44, 4: *σει* (sec. man. *σοι*); 44, 6: *ὥστε* pro *τε*; 48, 4: *δεομένου*; 49, 1: *μῦθον ἐθέλεις τινὰ ἀκοῦσαι*; 52, 3: *δυσχενείαν*; 52, 6: *ἐπ'*; 53, 3: *ἀναθέματα*; 53, 4: *ὀλίγου*; 54, 5: *αὐτούς*; 54, 7 om. *καὶ τοὺς γεωργούς*; 54, 8 om. *καὶ σωτηρίας*; 58, 5: *διόπερ ἄκουε δή*; 59, 5: *οὐ δ'*; 61, 4: *εἴην*; 62, 5: *γῆν ἀγέλας*; 63, 5 om. *ἦν*; 65, 5: *ὅτι*; 66, 2 om. *ὧν — παρὰ τοῦ*; 67, 4: *ἀσφαλὴς καὶ πλατεῖα*; 68, 3: *ἐκείνην*; 69, 3 om. *καὶ — ἵνα*; 72, 2: *ἅπαντας*; 72, 2: *μετά*; 73, 7 om. *τοῖς*; 77, 2: *αὕτη*; 79, 4: *μιμουμένη* (inter litteras *μ* et *ουμ*, erasis nonnullis litteris, postea scriptae sunt litterae *ιμ*); 79, 5: *ἐσεσύρου*; 79, 6 om. *σεμνοῦ*; 81, 5: *ἠφίει*; 82, 2: *ὁμοίως*; 83, 4: *ἀληθής*; 84, 7: *πῶς*; 84, 11: om. *σοι*.

Oratio II.

(Codicis O scripturas proferam omnes, codicis N lectiones inde a paragrapho quarta decima).

2, 3: *πρός*; 2, 4: *ἐνίοτε μήν*; 2, 7: *στρατιᾶς*; 3, 3: *ὧ γε*; 4, 4: *κωμῳδιδασκάλων*; 5, 3: *Φωκυλλίδου*; 5, 5: *πάντων μὲν γάρ*; 6, 5: *ἐσσόμενον*; 7, 6: *παραβαλλόμενον*; 8, 6: *φιλεῖσθαι φησί*; 9, 8: *ἀροταῖον*; 10, 3 om. *ἐν τῇ*; 10, 10: *οὐδέτεροι*; 13, 2: *δή*; 16, 1: NO om. *οὐχ*; 17, 7: O om. *ἔφη*; 19, 2: NO *τοῖς Ἀθηναίοις*; 19, 5: NO *λόγων*; 19, 7: N *ῥητῆρα ἔμμεναι*; 22, 4: NO om. *ἀπειρηκότων — τούτοις*; 22, 8: O *χρήσηται*; 23, 2: O *μεταλαβεῖν* (sec. man. *μεταβαλεῖν*); 23, 4: N *φανερῶς*; 25, 2: O *φησίν*; 26, 7: NO *ὁπότ' ἄν*; 27, 2: N *καὶ προσέχειν*; 29, 2: N om. *ἢ λύραν*; 29, 5: N *εἰπὼν* pro *ἐπῶν*; 30, 3: NO *τούτου οὗπερ οὗ*: 31, 3: N *ἄδονται*; 32, 3: N om. *μέν*; 33, 1: N *ἐφρόντιζε*; 33, 2: N *μένειν* pro *μέν*; 33, 11: NO om. *τήν*; 35, 2: NO *Σαρδανάπαλος*; 36, 4: N *ταῖς* pro *τάς*; 37, 2: NO om. *τοῦ*; 37, 8: NO om. *τῶν*; 38, 3: N *ὑψηρεφῆς*; 38, 3: N *κυδαλιμοῖοι*; 39, 2: O om. *γε*; 40, 1: N *οὐδὲν μάτην ὁ ποιητὴς οὗτος λέγειν*; 40, 4: O *καὶ .διά*; 41, 7: NO om. *καὶ ἑτέρων*; 41, 7: N *ἁπαλλούς*; 41, 9: O *πάντοτε*; 42, 2: O

πολύχροον; 42, 3: O *οὕτως*; 42, 4: N *οἶμαι τόν*; 42, 8: NO *Ταντα λιδᾶν*; 43, 4: N *ἑτέρων ἑτέρων*; 43, 5: NO *εὐεργέες*; 43, 6: N *ἠλεῖδες*, O *διακλεῖδες*; 44, 2: O om. *δέ*; 45, 5: O *δώρατα*; 46, 1: N *τήν*; 46, 2: N *θεῖον*; 48, 3: N *ἣν γὰρ ἠθέλει*, O *ἣν γὰρ ἐθέλῃ*; 49, 1: O *τί δαί*; 49, 6: NO om. *τοῖς*; 50, 3: N *δὲ κίεν*; 50, 4: NO *οὐδ' ἄρα οἱ*; 53, 3: O *τοὶ* pro *τὶ*; 53, 7: N *φέρουσιν*; 53, 7: NO om. *τὰς* — *εὐτυχίας*; 54, 1: NO *ἱκανώτερος*; 58, 2: NO *οἵαν*; 58, 4: N *αὐτούς*; 58, 6: N *ἔωμεν*, O *ἐῶμεν*; 59, 1: N *οἵα τῶν*, O *οἷα τῶν*; 59, 6: O *ἴτω*; 59, 6: NO *προβάλλεσθε*; 59, 8: N *τῆς ζωᾶς*; 60, 7: O *Μηριόνην. τάχους*; 62, 2: NO *αὖ τούς*; 62, 4: NO *ὦ ἄναξ*; 62, 4: NO *ᾧ*; 62, 8: NO *δέ*; 62, 8: NO *ὑψηλῶν*; 62, 13: N *δ' ἔρωτα*, O *δὲ ἔρωτα*; 62, 14: NO *ὧδ' εὖ νῦν σε*; 63, 4: N *εἴ*; 63, 7: NO *φοροῖεν*; 64, 1: N *πολὺ Ἑλλήνων* marg. adscr.; 64, 4: N *δῦναι* marg. adscr.; 64, 5: O *Πρίαμος*; 65, 6: N *παρατάττειν*, O *παρατάττει*; 65, 6: NO *ἄλλους*; 66, 2: O *ὁρῶων*; 66, 3: N *καὶ τό*; 66, 6: N *καταπρέπει*; 66, 3: N *ἡρώσεσι*; 68, 3: NO om. *δεῖν*; 68, 6: O *ἀναγκαίας*; 69, 5: NO *βοηθῶν. προμηθούμενος*; 69, 6: NO om. *θηρίων*; 70, 2: O om. *γε*; 70, 4: NO *μήποτε*; 70, 8: N *ὑποταττόμενος*; 70, 10: O *δόγμους* (?); 71, 1: N *τῷ δεῖν*; 72, 4: O *πρώτου τοῦ*; 72, 5: O om. *καί*: 74, 1: O *ἄψυχον*; 75, 7: NO *ὀξύτερος διαβολῆς*; 76, 1: O om. *καί*; 77, 3: NO *μή τι*; 77, 7: O *Διόκην*; 78, 4: N *ἠξίωσαν*; 79, 4: N *οὐ γάρ*; 79, 5: N *τῆς ἀρχῆς*.

Oratio III.

1, 3: O *νομίζει*; 2, 5: O *τῆς σῆς*; 3, 4: NO *ἐπεὶ δέ*; 4, 1: N *ἐπεινούντων ἁπάντων*; 5, 1: O om. *μέν*; 5, 1: NO *ἦν*; 5, 10: NO *ἅπασι*; 6, 4: N *ἤθη*; 6, 6: N *καὶ μικτὰ ἀνθρώπων*; 7, 1: N *γάρ*, O *δέ*; 7, 5: O *αὐτήν*; 7, 6: O *τὸ ἧττον*; 8, 2: O *μηθ'*; 8, 5: N *πονεῖν*, O *ποιεῖν*; 10, 1: O *γὰρ μέν*; 12, 3: N *τὸ* pro *τι*; 13, 2: O *μόνος δέ*; 15, 2: O *ἤτοι καὶ ταῦτα πολλῶν καὶ βουλομένων δοῦναι. καὶ τὰ χρήματα αὐτὸς λαβὼν οὐκ ἠξίωσα πολλῶν δ' οὖν καὶ βουλομένων τῶν ἐμαυτοῦ*; 16, 2: N *οἱ*; 16, 4: NO *ἀγαπᾷ*; 17, 4: N *ἂν εὗροι τις*, O om. *τις*; 18, 3: O *οἵ*, N *ἤ*; 18, 5: NO om. *οἱ* — *νόμισμα*; 19, 5: N *ἑαυτῶν* (superscr. *οῦ*); 20, 1: NO *τοῦτο*; 21, 3: O *προσφέρει*; 21, 7: N *τοσοῦτο*, O *τοσοῦτον*; 24, 3: O *δικάζει*, in N non potest

cognosci, quid prima manus scripserit, utrum *δικάζειν* an *δικάζει*; 27, 6: O *ἀληθεύουσιν*; 28, 1: N *ἄλλην τινα,* O om. *τινά*; 28, 5: NO *ἰατροί*; 29, 3: N *τόπου*; 29, 4: N *ζητήσας* pro *ἐρωτήσας*; 33, 2: O *ἀσελγαῖς*; 33, 5: O *τριατρίψαι*; 34, 5: N *ἕνεκα* aut *ἕνεκεν,* non potest discerni; 35, 3: NO *ἄλλῳ, ἄλλ'*; 36, 5: N *ἑαυτῶν,* corr. *ἑαυτῷ*; 38, 2: O *σὺ γὰρ ἄρα*; 39, 2: N *προέστηκεν,* O *προέστησε*; 39, 2: N *εἴρηκα,* O *εἴρηκας*; 39, 8: O om. *ὅταν*; 41, 3: NO *κτήμασιν*; 43, 5: N *δόγματα*; 45, 1: N *φανερώτατον*; 45, 1: O *μὲν γάρ*; 45, 4: N om. *εὖ*; 46, 5: N *πολυκοιρία*; 49, 4: N *κλύδωνος*; 49, 4: O *παιδαγωγῶν*; 49, 6: N *συμφοραί*; 50, 8: N *ἢ*; 51, 1: O *τοσοῦτος*; 52, 2: O *ἵνα τήν*; 52, 9: N *κατὰ τήν*; 55, 3: N *καὶ ἄλλως*; 55, 8: NO idem exhibent atque B et ed. Ven.; 56, 1: O *οὕτω*; 56, 4: NO *δή*; 57, 2: NO *πράττων*; 57, 2: N *αὐτούς,* O *αὐτός*; 58, 3: O *ἐσπούδακεν ἀπολογοῦνται*; 63, 2: N *θάλασσαν*; 64, 5: NO *περιπεσών*; 69, 4: N *διοῤῥωδεῖ,* O *διοῤῥωδεῖν*; 70, 3: O *τὰ πολλά*; 70, 4: O om. *ἄπειροι — πολέμων*; 72, 3: N *εἶναι* pro *νῦν* (*εἰσὶν* a sec. manu add.); 73, 1: N om. *δέ*; 73, 3: *ἡμῖν*; 74, 2: *αἰῶνος* marg. add. in N; 74, 2: O *τι*; 74, 4: N *αὔξονται*; 74, 7: O *τὸ* pro *τοῦ*; 75, 3: NO *ἄνθρωπον*; 75, 6: O *εἶναι* pro *φανῆναι*; 76, 3: O om. *ἀεί*; 77, 5: O *προσιὼν ἐγγυτέρων*; 79, 1: N *οὕτως*; 79, 5: NO *ἀποψύγειε τῷ κρύει*; 80, 1: N *ἀσθενέστερον*; 80, 2: N *καταβολήν*; 80, 3: NO *καὶ τρόπον ἡμᾶς λανθάνειν καὶ συνεθίζων* (O *ξυνεθίζων*) *τινα τοῦ ἦρος*; 80, 4: N om. *διά*; 81, 4: N *ὅσοι*; 81, 6: O *περιπατόμενος*; 82, 3: O *ἢ που γε*; 83, 2: N *ἄχθητε*; 83, 4: O *τροφήν*; 84, 2: N *αἴσθητο*; 87, 2: NO *πλέω*; 89, 1: N *ἰσχυρότερον*; 89, 5: O *τι*; 90, 4: O *ἀσύμφορον*; 93, 2: N *καὶ οἰκία καὶ,* O *καὶ οἰκίαι καὶ*; 95, 3: N *ζῆν δυνατὸν ἀσφαλές*; 97, 2: N *ἡ δὲ* pro *ἡδὺ*; 100, 2: N *ὑγιαίνουσιν*; 100, 4: N *συμφυλάττειν*; 101, 2: O *ἄγριθα*; 101, 6: NO om. *ἡ*; 105, 1: O *τοὺς ἐμποδών*; 105, 3: O *τῶν ὄντων*; 106, 5: O *ἤργων*; 107, 4: N *περὶ πολλῶν δὲ ὁρᾶν*; 107, 5: N *καὶ μηδαμοῦ*; 108, 4: N *οὕτω*; 110, 3: O *ἥδεται διδούς*; 111, 1: N *εἰ* pro *ἐν*; 111, 3: NO *ἐκείνων*; 112, 5: NO *ἀπ' ἀλλήλων οἳ*; 112, 6: N *ἀγαπῶσι*; 115, 2: O *ἀδικῆσθαι*; 115, 4: NO *οὗτος*; 126, 2: NO *καὶ παλαῖστραι*; 128, 1: N *καὶ οὐχ οὗτος,* O *καὶ οὐχ οὕτως*; 129, 7: NO om. *τούτους μόνους — πάντας*; 130, 2: N *νη-*

σών; 132, 4: NO om. *μᾶλλον*; 132, 7: N *εὐπορώτερον*; 135, 2: O *τοιοῦτον* (corr. *τοιούτων*); 137, 2: O om. *ὁπότε — ἔκτεινον*; 137, 4: O *δεδουλωμένους*; 138, 1: NO *ὅμοιουν ἐποίει ὥσπερ οἱ*.

Oratio IV.

4, 6: NO *καὶ ἐν* (in N *τῶν* a corr. add.); 6, 4: NO *ἃ ἔπραξε*; 8, 2: N *τούς* pro *τῆς*; 8, 3: N om. *πολλῶν*; 9, 2: N *παμπόλου*; 11, 1: N *δακνώμενος*; 11, 2: N *ζώων*; 12, 4: O *σχολάσας*; 12, 6: O *οἴκους — ἑστίους*; 13, 1: O *οἶκος — ἐχρῆ*; 14, 5: O *ἐσπάσατο*; 15, 6: O *ἀλήθεια παῤῥησία*; 15, 7: NO *καὶ τὸ ψεῦθος*; 17, 1: NO *σὺ καὶ οἶδα* (N *οἶσθα*); 17, 5: O om. *τοῦτο*; 18, 1: N *ἂν ἴδης*, O *ἂν ἴδηροι*; 18, 3: O *ὑπερβολιμαῖον*; 19, 2: O *μεταβαλλεῖν*; 19, 3: N *εἰπόντες*; 19, 4: O *ὑμᾶς*; 19, 6: O *ἐ* pro *ἐκ*; 20, 5: O *ἢ οὐκ; ἄδηλόν ἐστιν*; 21, 3: NO *οὐθέν*; 21, 3: NO om. *υἱόν*; 22, 2: O om. *ἐστιν*; 22, 4: NO *ἢ* pro *ἧς*; 22, 5: NO *οὐτέ σοι*; 23, 2: O om. *εἶναι*; 23, 7: NO om. *ὁ*; 24, 2: NO *βασιλεύοι*; 24, 5: O *οὐρανῶν* pro *ἀνθρώπων*; 25, 3: O om. *οὐκ ἔστιν*; 28, 2: N om. *οἱ*; 30, 8: O *παιδίαν*; 31, 2: O *πρότεροι* (post litteras *— τερο* littera erasa postea adscriptum est *ι*); 31, 3: NO *καί*; 31, 5: N *ἀκούσαι*; 31, 6: O *αὐτὰ μέγιστα*; 33, 7: O *ὅτε — ὅτε*; 34, 2: N *γνωρίσασαι*, O *γνωρίσαι*; 35, 5: N *πολλήν*; 35, 6: O *ἰλιχθίων*; 36, 2: O *τὴν σοφιστήν*; 38, 2: O om. *σοι*; 39, 4: O *τόν* pro *τήν*; 39, 5: NO *διείλεκται*; 40, 2: NO *ἀκρίζειν*; 40, 3: O om. *εἰ*; 40, 5: O om. *δικαίων*; 41, 5: N om. *τρέφεσθαι*; 42, 2: N *ταῦτα*; 42, 2: N *βουλεύεσθαι*, O *βουλεύσασθαι*; 43, 1: N *ὁμονοῇ*, O *ὁμονοεῖ*; 45, 4: N *βασιλικόν*; 46, 3: O om. *ὁ σμικρὸς δ'*; 47, 2: O om. *τῶν*; 47, 4: N *νενικός*; 48, 5: NO om. *τῇ*; 48, 7: N *ἐκβάλλοις*; 49, 2: N *ὠνομάσθη*, O *ὠνομασθήσῃ*; 50, 7: O *ἀποθανῶν*; 53, 2: N *πλέον οὐδενός*, O om. *οὐδενός*; 53, 3: NO *οὕτως ἕλλης* (O *ἕλῃς*); 53, 6: O *ὕερος*; 58, 2: N *νόσων*; 59, 2: O *ἐὰν δράσοι*; 59, 3: NO *μόνων*; 59, 4: O om. *οὐδενὸς — χείρους* incl,; 61, 2; N *ἔχειν*; 61, 4: N om. *οἷον*; 62, 2: N *μεγίστων*; 66, 5: N *οἱ* pro *οὗ*; 66, 5: NO om. *τήν*; 69, 2: N *ἐστι*; 69, 4: O *ἀκόντα*; 70, 3: N *προστάττει*; 70, 4: N *διφθέραν ἔχοντα*, O *διφθέραν ἱμάτιον γεωργικὸν στερεὸν πρὸς ὄμβρων μάλιστα ἀποφυγὴν ἱκανὸν ἔχοντα*; 71, 1: O *μου* pro *σου*; 71, 7: N *ἀνείθει*, O *ἀνήθει*; 72, 4: O *τυχών*; 72, 5:

O om. ἀλλά; 78, 3: O om. αὐτοῦ; 79, 4: N οὕτως; 82, 1: O om. καί; 82, 6: NO συμφορὰν καὶ δαιμόνιον; 82, 7: NO ἄραιτο ἄχθος; 83, 3: O εὐδοκιμήσαντες; 89, 3: NO καὶ καθαρταῖς; 89, 4: N εἴπως ἄν, O ὅπως ἄν; 89, 5: NO καὶ ζωῆς; 90, 2: O τῷ περί; 90, 3: O ἑκάστης; 90, 5: NO οἵ; 91, 7: N πολλή; 93, 4: O διδόντες; 95, 3: N γίγνοιντο; 95, 5: N ἐν ἐλπίσι, O ἐὰν ἐλπὶς ᾖ; 96, 1: N οὕτω δὲ βραχύς; 97, 2: O λαβόμενος; 98, 5: N καὶ ἐν (καὶ obelo not.); 100, 3: N ἀναφέροντος; 100, 7: O βαλάκοις; 102, 1: N αὖ a corr. add.; 102, 6: O ἀῤῥύτων; 103, 3: N τύχης pro ψυχῆς; 104, 3: O πολύ; 105, 3: N μεταβαλόντας, O μεταβάλλοντας; 106, 6: N πρόεισιν, O ἴασιν; 107, 1: N ἀγεννέστερος, O ἀγενέστερος; 107, 6: NO ἐν τοῖς; 108, 2: N ἄτρεπος; 108, 2: N πολλαί; 109, 4: N προσθήσω; 110, 2: N κροκοτῷ; 111, 3: N ἀποθούμενος; 111, 4: N δή, O δέ; 112, 1: N καύσου, O καμμάτου; 112, 4: N καὶ τρυφερός, O ἐντρυφερός; 114, 2: N ὡραῖα; 116, 2: N σφηττοί, O σφητοί; 116, 4: N προτεύειν; 117, 5: N ἐλαφερούς; 118, 1: O ἀπεδείκνυντο; 119, 3: N δὲ σκοτεινῷ νέφει, O ἐν σκοτεινῶν ἔφη; 119, 6: N εὐδαιμονίας αὐτοῦ; 120, 1: N οὐδέ; 120, 4: N βιαίων; 121, 2: O νεώτητος; 122, 3: N ἐπινοίαις; 122, 4: O ὑπηρέτην τε; 122, 7: O ἀλλὰ καί; 123, 3: O τοχοῦ; 127, 3: NO πυκνότερον; 127, 3—5: O om. συνεχέστερον — καί; 128, 2: N εὐδοκιμήσας, O εὐδοκιμήσης; 128, 4: N θαλόν; 128, 6: NO συστέλληται; 129, 7: N ἐπαίρουσα, O ἐπαίουσα; 132, 2: O om. δέ; 134, 6: N διαλλύειν; 135, 3: O πρὸς τούτων ἀμάχεται; 135, 4: N συνᾷσθαι; 138, 2: O ψυχόν; 138, 6: O εἴασιν; 138, 8: NO παθεῖν.

Oratio V.

3, 2: ἐκεῖνοι; 3, 3: αὐτοῖς; 4, 2: ἑαυτόν; 6, 3: πλείστων; 11, 4: ἡ ἴδιον; 12, 6: ἥμερος; 13, 2 om. τὸ; 15, 2: γὰρ δή; 15, 3: ἀποκρύπτειν; 18, 5: φύλον; 18, 7: μεταλαβούσας; 19, 5: ὑπέρ; 22, 4 om. εἶδος; 27, 5: δή.

Oratio VI.

2, 7: τὸ ὄνομα; 3, 2: ἦν οὕτω; 3, 6: λέχεον; 6, 3: αὐτῷ; 8, 7: ὑγίαινέ τε καὶ ἔζη (obelo not.); 9, 3: ἔχαιρε; 9, 4: ἤχθετο δέ; 9, 4: τοῦτο; 10, 4: μικρόν; 11, 9: δίψους; 20, 4: τὴν ἀπορίαν; 23, 2 om. δέ; 23, 4—5: μὴ δὲ — μὴ δέ; 29, 1: οὐδὲ γάρ;

32, 1: τὰ δή; 34, 7 om. δή; 34, 7: ζῆν δυνήσωνται; 34, 12 om. ἄλλος; 35, 3 om. ἁπάντων — πενίαν; 36, 3: πίνοντα; 36, 4: αὐτόν; 38, 3 om. καὶ διερευνᾶσθαι — τοὺς ὡπλισμένους; 39, 1: καὶ τὸν ποτόν; 40, 7: εἰ μή τι; 46, 4 om. διὰ τοῦτο; 52, 5 om. ἐπιβαίνειν — ἄν; 55, 2 om. τά; 59, 2: ἀποῤῥώτατον; 62, 6: ἱκανοί.

Oratio VII.
(Inde a paragrapho 124.)

126, 2: προελθεῖν; 126, 3: τῶν περὶ κατά; 131, 7: ἄδικος; 132, 5: τοῖς pro ταῖς; 133, 6: γιγνομένους ἦν συναγαγοῦσα; 134, 3: τὰ νῦν; 137, 1: παλαιοί; 139, 6: ἀλλ' (marg. adscr.); 140, 9: εὐώνιον; 144, 1: οὐδείς.

Ex his omnibus quas attuli scripturis cognoscere studeamus, quo familiaritatis vinculo codices N et O coniuncti sint. Omnes deterioris generis libri manu scripti cum in duas ex mea quidem sententia distribuendi sint familias, primum quidem quaerendum est, utrum eodem quasi rivulo hi duo codices ex codice δ, archetypo deteriorum librorum, manaverint, an alter in altera deterioris generis familia numerandus sit. Hanc quaestionem ut diiudicare possimus, Monacensium N et O scripturas conferre necesse est cum editione Veneta, quae, sicuti censeo, in altera ab codicibus NO diversa versatur familia. Uni autem eidemque deteriorum codicum generi adscribendos esse libros N et O sic demonstrabo, ut ex orationibus prima usque ad quartam eos eligam locos, ubi Monacenses N et O easdem corruptas exhibent lectiones, in editione autem Veneta et in melioribus codicibus bonae insunt scripturae; deinde vero eos afferam locos, ubi editionis Venetae lectiones reiciendae, praeferendi sunt et libri NO et melioris generis codices. Depravatae exstant scripturae in codicibus NO his locis: Oratio I: 9, 1: NO πρέπουσα ἀξία, rel. πρέπουσα καὶ ἀξία: 31, 5: NO om. ποῖα δὲ ἐρύματα; 43, 5: NOB[1]) om. παρά; 54, 7: NO om. καὶ τοὺς γεωργούς: 79, 6: NO om. σεμνοῦ. — Oratio II: 16, 1: NO om. οὐχ; 22, 4: NO om. ἀπειρηκότων ἤδη πρὸς τὴν στρατείαν. πρὸς δὲ αἱ τούτοις; 33, 11: NO om. τήν; 37, 2: NO om.

[1]) Cf. ea, quae in adnotatione ad p. 9 exposui.

τοῦ; 37, 8: NO om. τῶν; 41, 7: NO om. καὶ ἑτέρων; 49, 6: NO om. τοῖς; 49, 7: NO om. τὰς εὐτυχίας; 68, 3: NO om. δεῖν; 69, 5: NO om. καί. — Oratio III 112, 5: NOB ἀπ' ἀλλήλων οἵ, rel. ἀπ' ἀλλήλων ἤ. — Oratio IV: 4, 6: NO καὶ ἐν, rel. καὶ τῶν ἐν; 21, 3: NOB οὐθέν, rel. οὐδέν; 21, 3: NO om. υἱόν; 23, 7: NO om. ὁ; 59, 3: NOB μόνων, rel. μόνου; 66, 5: NOB om. τήν. — Editionis autem Venetae lectiones his reiciendae sunt locis: Oratio I: 9, 2: ed. Ven. om. καί; 12, 4: ed. Ven. βουλεύεσθαι, rel. βασιλεύεσθαι; 27, 5: ed. Ven. τῷ πολεμεῖν, rel. τὸ πολεμεῖν; 31, 5: ed. Ven. ὁποίους ποῖα δὲ ὅπλα, rel. ποῖα δὲ ὅπλα; 33, 5: ed. Ven. τὸν ἔπαινον, rel. ἔπαινον; 69, 1: ed. Ven. C Ἑρμῆς, NOBM ὁ Ἑρμῆς. — Oratio II: 1, 4: ed. Ven. C γάρ, rel. γὰρ ὁ; 37, 2: ed. Ven. Ἀλκινόου, rel. Ἀλκίνου. — Oratio III: 64, 5: ed. Ven. περιπεσεῖν, rel. περιπεσών; 67, 5: ed. Ven. ἄχθεσθαι, rel. ἄχθεται; 79, 5: ed. Ven. ἀποφύγειε, rel. ἀποφύγειε τῷ κρύει. — Oratio IV: 53, 3: ed. Ven. ἕλῃς, NOBC οὕτως ἕλῃς [N ἕλλῃς]; 127, 3: ed. Ven. πυκνότερόν τε, rel. πυκνότερον.

Eis quos attuli locis discrepantiae, quae exstant inter codices NO et inter editionem Venetam, tantae sunt, ut plane ex sententia mea appareat deteriores codices in duas distribuendos esse familias, atque in altera quidem familia versari codices Monacenses N et O, in altera autem editionem Venetam.

Deinde autem quaerendum est, inter se qua affinitate libri N et O coniuncti sint. Depravationes enim, quae sunt in libris N et O, inde originem ducere possunt, quod alter codex ab altero descriptus est; praeterea autem etiam hoc cogitari potest non directo eos ex codice δ haustos esse, sed exstitisse aliquem codicem, qui quasi medius sit inter librum δ et inter codices NO. Talem codicem re vera exstitisse — quem littera ϑ significare liceat — ex discrepantiis concludo, quae intercedunt inter librum N et librum O. Atque his quidem locis et editio Veneta et codex Monacensis N bonas exhibent scripturas, in libro autem O corruptae insunt lectiones: Oratio I: 5, 1: N ed. Ven. ἔτι δὲ μή, O ἔτι δὲ ἵνα μή; 7, 3: N ed. Ven. κολάζων, O κολάζων τι; 13, 6: N ed. Ven. αὐτῷ τε, BO om. τε; 58, 5: N ed. Ven. διόπερ δὴ ἄκουε, O διόπερ ἄκουε δή; 72, 2: N ed. Ven. μεστά, MO μετά. — Oratio II: 17, 7: N ed. Ven. ὅτι, ἔφη, BO

om. ἔφη; 70, 2: O om. γε. — Oratio III: 7, 1: N ed. Ven. γάρ, O δέ; 18, 3: N ed. Ven. ἤ, BO οἵ; 45, 1: N ed. Ven. γάρ, O μὲν γάρ; 75, 6: N ed. Ven. φανῆναι, O εἶναι. — Oratio IV: 42, 2: N ed. Ven. βουλεύεσθαι, O βουλεύσασθαι; 95, 5: N ed. Ven. ἐν ἐλπίσι, O ἐὰν ἐλπὶς ᾖ. — Contra Monacensis N corruptus est, codex autem O et editio Veneta integras praebent scripturas exempli gratia his locis: Oratio I 76, 5: O ed. Ven. καὶ παντοδαπὰ πράγματα ἔχουσι, φονεύοντες ἀλλήλους καὶ ἐπιβουλεύοντες οἱ ταλαίπωροι, N om. haec. — Oratio II: 32, 3: O ed. Ven. τὸν μὲν Ὅμηρον, N om. μέν; 33, 2: O ed. Ven. μέν, N μένειν; 66, 6: O ed. Ven. μεταπρέπει, N καταπρέπει; 79, 5: O ed. Ven. περί τε ἀρχῆς, N περὶ τῆς ἀρχῆς. — Oratio III: 45, 1: O ed. Ven. φανερώτατα, N φανερώτερον; 72, 3: O ed. Ven. νῦν εἰσιν, N εἶναι; 73, 1: O ed. Ven. τὸ δὲ μέγιστον, N om. δέ; 80, 4: O ed. Ven. δὲ διὰ τοῦ μετοπώρου, N om. διά; 89, 1: O ed. Ven. ἰσχυροτάτους, N ἰσχυρότερον. — Oratio IV: 8, 3: O ed. Ven. τῶν ἄλλων πολλῶν, N om. πολλῶν; 103, 3: O ed. Ven. ψυχῆς, N τύχης. — Itaque cum intellegamus aliis locis codicem N, aliis autem Monacensem O coniunctim cum editione Veneta bonas exhibere scripturas, apparet non alterum codicem ex altero descriptum, sed ex communi fonte, libro ϑ, derivatos eos esse. Bonarum enim llarum lectionum origo nulla alia esse potest nisi haec: et in codice δ et in codice ϑ bonae illae inerant scripturae, quae ubique integre in editionem Venetam translatae sunt; codicum autem N et O librarii alius alio loco neglegenter depravationes textui inculcaverunt.

Denique illam tribus verbis tangam quaestionem, utrum codici Monacensi N an Monacensi O maior tribuenda sit auctoritas. Id Emperius de codice O agens[1]) sic diiudicavit: „vel deterior est codice N"; atque quae doctus ille vir dixit, probanda sunt ex sententia mea. Ex permultis enim libri O scripturis apparet a librario eum scriptum esse, qui neglegentissime versatus est; veluti omittitur in eo codice or. II 39, 2 γέ, 76, 1 καί; or. IV 23, 2 εἶναι, 40, 3 εἰ, 40, 5 δικαίων.

---

[1]) Cf. Emperium p. XVI § 34.

Sed priusquam ad finem huius partis dissertationis meae pervenio, de scholiis pauca sunt dicenda, quae in codice Monacensi N inveni.

De scholiis, quae exstant ad Dionis Chrysostomi orationes, perpauca adhuc scimus. Praeter ea enim scholia, quae Morellius ex codice Parisino A excerpsit, de quibus in adnotationibus, quae inscribuntur „scholia et collectanea in Dionem", agit, Cobetus unus pauca ex codice Urbinate 124 exscripsit. Sonnyus[1]) autem haec dicit: „Von demselben Verfasser (Erzbischof Arethas von Caesarea) — Cobet hat dies vermuthet, und es lässt sich in der That beweisen — stammen die Argumente und Scholien, die am Rande (des codex Urbinatus U) beigeschrieben sind. Diese letzteren kehren, meist verkürzt und teilweise corrupt, fast in allen Handschriften dieser Classe (scil. codicum deteriorum) wieder."

Atque re vera nulli melioris generis codici adscripta sunt scholia, quantum ex eis cognosci potest, quae Emperius de his codicibus dicit. Ex eorum autem codicum numero, qui medii quasi sunt, codex Parisinus B continere ea non videtur, quamquam Mediolanensis L ea exhibet. Atque in deterioribus quidem libris scholia et adscripta et omissa sunt. Codices enim Vaticani FQX, Florentini DE, Mosquensis R, si argumentum e silentio facere licet, scholia non continent, id quod ipse de codice Monacensi O cognovi; insunt autem in libris Parisino A, Monacensi N, Veneto T, Urbinate U. Huius codicis Veneti T scholia nemo adhuc, quod sciam, exscripsit; de Monacensis autem N scholiis nunc agam.

Numerus eorum, si conferimus cum codicibus A et U, est perparvus; nam cum exempli gratia in codice N orationi secundae usque ad sextam ne unum quidem adscriptum sit scholium, in Parisino A multas eius generis invenimus adnotationes. Atque etiam in Urbinate U, quamquam Cobetus perpauca ex eo excerpsit, scholia tamen scripta videmus pertinentia ad or. IV 116; or. VII 44. 52. 55, quae omnia omittuntur in Monacensi N. Adscripta autem sunt in hoc codice scholia ad hos locos:

I, 1: *ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ νειλώᾳ πρὸς Οὐεσπασιανὸν τὸν*

[1]) l. c. pag. 95.

αὐτοκράτορα. Haec adnotatio eodem modo in codice U inest, nisi quod articulus *τόν* omittitur in illo libro. Atque etiam codex Parisinus A id scholium exhibet; dicit enim Morellius: „scholiastes, nescio quibus adductus rationibus, hos de regno sermones in gratiam Vespasiani institutos fuisse constanter asseverat: quod eo magis mirum accidit mihi, quod eum Photii excerpta legisse animadverterim: ex quibus discimus Dionem Traiano fuisse in deliciis.“ Intellegimus igitur scholiastam non rectam hoc loco protulisse sententiam.

I, 5: *τὸν Οὐεσπασιανὸν λέγει· πρὸς τοῦτον γὰρ ὁ λόγος.* Morellius quamquam ad hunc locum adnotationem non addit, inesse tamen scholium in codice Parisino ex ea concludo re, quod Morellius in eis quae attuli verbis dicit: „scholiastes constanter asseverat.“

I, 14: *ὁποῖον ἱστορεῖται περὶ τοῦ Λιβύων βασιλέως Ἀψεφᾶ διὰ τῶν ψιττακῶν μεμηχανῆσθαι ἱπταμένων καὶ κελαινούντων· Ἀψεφᾶς θεός ἐστιν.* Morellius de hoc loco haec dicit: „scholium Graecum in ora libri non suo loco appositum. Haec verba illustrat historia Regis Libyae Apsephae, qui psittacos edoctos has voces conari ‘Apsephas deus est’ evolare iussit.“ Videmus igitur in codice Parisino aut idem aut simile esse scholium atque in Monacensi N; praeterea autem Morellii adnotatio optimam nobis praebet ansam, ut emendemus vocem illam *κελαινούντων,* quae sensu plane cassa est. Sine ulla enim dubitatione librarii neglegentia depravata est ex verbo *κελαδούντων.*

Quae scholiasta hoc loco de Apsepha, Lydorum rege, atque de psittacis narrat, nondum nota fuerunt. Nam neque Herodotus neque Iustinus, qui de Lydorum regibus atque rebus gestis agunt, illam tangunt rem. Atque etiamsi ad eos animum advertemus scriptores, qui sicuti aliorum animalium, ita psittacorum mentionem fecerunt, ne eos quidem videri conscios sibi fuisse illius fabulae intellegemus. Plutarchus enim in eo libro, qui inscribitur: *πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χέρσαια ἢ τὰ ἔνυδρα,* cap. 19 fusius de eis agit avibus, quae humanam vocem imitantur, neque Apsephae psittacos commemorat. Eodem modo res se habet apud Athenaeum IX, 38, apud Plinium in naturali historia VI, 19; X, 74; XI, 37, apud Aristotelem in historia animalium VIII, 12, apud Aelianum *περὶ ζώων* VI, 19; XIII, 18;

XVI, 15. Neque recentioris aetatis viri docti, quantum scio, narrationem illam ex tenebris evocaverunt.

Nunc si quaerimus, unde scholiasta illud hauserit, hoc primum commemoratione dignum mihi videtur esse scholiastam ipsum finxisse hanc fabulam nihil habere probabilitatis. Neque enim intellegere possumus, qua re commotus Apsephae regis nomen excogitaverit, praesertim cum in illa Dionis oratione nullum exstet nomen, ex quo illud nomen sumi potuerit. Certum igitur mihi videtur auctori illius scholii praesto fuisse librum, qui temporum iniquitate nobis non est servatus. Atque is quidem liber ex sententia mea ad genus eorum librorum pertinuit, quos complectitur Otto Kellerus in libro, qui inscribitur „Rerum naturalium scriptores Graeci minores, vol. I. Paradoxographi"; quamquam concedo nullam me ibi invenisse fabulam, quae similis sit narrationi de Apsepha rege agenti.

VII, 1: *οὗτος ὁ λόγος εἰσάγει τινὰς ἐν Εὐβοίᾳ βιοῦντας τοιοῦτον βίον, δι' ὧν κατασκευάζει, ὡς ἀπράγμων βίος, εἰ καὶ πενόμενος εἴη, πολλῷ τῶν ἐν ἄστει θορυβουμένων τε καὶ τρυφώντων ἡδίων τε καὶ λυσιτελέστερος.* Apud Morellium haec videmus scripta: „scholiastes ex Photii excerptis *ὑπόθεσιν* huius Sermonis huc bona fide transtulit, ut ne apicem quidem mutarit." Intuenti mihi Photii bibliothecam[1]) hae occurrerunt diversitates: 1) N *βιοῦντας τοιοῦτον βίον*, Ph. *τοιοῦτον βίον βιοῦντας*; 2) N *ὡς ἀπράγμων*, Ph. *ὡς ὁ ἀπράγμων*.

VII, 143: *ὡς ὁ Ζεὺς χρυσὸς ἔῤῥευσε εἰς τοὺς Δανάης, τῆς τοῦ προειρημένου Ἀκρισίου, κόλπους ὑπὸ χαλκέῳ οἰκήματι θαλαμευομένης, ἐν ποταμοῖς ὡς τῆς Λήδας τῆς Τυνδάρεω τοῦ Λάκωνος παρὰ τῷ Εὐρώτᾳ ὁ κύκνος Ζεύς. ἐπὶ κρήνῃ ὡς τῇ Ἀμυμώνῃ ὁ Ποσειδῶν ἐν Ἄργει. ἀφ' ἧς καὶ ἡ πηγὴ οὕτως Ἀμυμώνη ἐκλήθη.* Apud Morellium haec legimus: „Notissimae fabulae tanguntur de Iove converso in pretium ob Danaën et in Cygnum ob Ledam iuxta Eurotam, itemque de Neptuni Amymone, filia Danai, quae fonti Argivo nomen dedit." Quibus verbis quamquam Dionis ille editor non diserte dicit scholiastae se afferre sententiam, inesse tamen hoc scholium in Parisino A propterea censeo, quod Morellius eadem adnotat, quae

[1]) Codex 209, p. 166, ed. Bekker.

in Monacensis N scholio exstant. — Inspexit fortasse scholiasta Pseudo-Apollodorum, qui in bibliotheca II, 4, 1 haec memoriae tradit: *δείσας οὖν Ἀκρίσιος ὑπὸ γῆν θάλαμον κατασκευάσας χαλκοῦν τὴν Δανάην ἐφρούρει . . . ὡς δ' ἔνιοί φασι, Ζεὺς μεταμορφωθεὶς εἰς χρυσὸν καὶ διὰ τῆς ὀροφῆς εἰς τοὺς Δανάης εἰςρυεὶς κόλπους συνῆλθεν.* Intellegimus Apollodori verba *εἰς τοὺς Δανάης εἰςρυεὶς κόλπους* congruere fere cum scholiastae verbis *ἔῤῥευσε εἰς τοὺς Δανάης κόλπους.* De Leda et Amymone cf. Apoll. III 10, 7; II 1, 4.

VII, 147: *τοῦτο ἐπὶ τοῦ Μεσσηνιακοῦ γέγονε πολέμου, ἐφέντων Λακεδαιμονίων διὰ τὴν ὀλιγανδρίαν τοὺς νεανίσκους ταῖς τότε καιροῦ παρθενευομέναις Λακαίναις διὰ τὴν ἐν τῷ πολέμῳ ἀσχολίαν.* Codicis Parisini A scholium non plane cum hoc scholio conspirat; in codice enim A pro *τοὺς νεανίσκους ταῖς τότε καιροῦ παρθενευομέναις Λακαίναις* haec prave scripta videmus: *τοὺς τότε νεανίσκους καιροῦ παρθένοις Λακαίναις.*

Quae scholiasta de partheniis profert, hausit fortasse ex Strabone, qui VI p. 279, vel ex Diodoro, qui XV, 66 illam memoriae prodidit narrationem. Praeterea etiam Polybius XII, 6, Dionysius Halicarnassensis XIX frg. 1, Polyaenus II 14, 2 eius rei mentionem fecerunt. Qui scriptores cum tribus tantum verbis eam tangant, scholiastae adnotatio non ex illorum libris originem ducere videtur.

VII, 151: *τοῦτο εἰς Νέρωνα τὸν κατάραται ἀποτεινόμενος λέγει.* Hoc scholion in codice A non inesse videtur, quod Morellius mentionem eius non facit. — Sine dubio librarii neglegentia *κατάραται* pro *κατάρατον* est scriptum.

Iam si quaerimus, qua affinitate codicum A et U scholia coniuncta sint, haec possunt proferri. Id codicis U scholion, quod ad IV, 116 pertinet, etiam in codice A inesse videtur. Scholii ad VII, 44 pertinentis Morellius mentionem non facit. VII, 52 eisdem exaratum est litteris et in Parisino A et in Urbinate U. In VII, 55 hae insunt diversitates: A *βαλάντια,* U *βαλλάντια*; A om. *νῦν*; A om. *δοκῶ — παραποίησιν.* XI, 23 omittuntur in codice A: *ἰάζειν — πολυτελῶς, μεταλαμβάνοντας*; praeterea in Parisino A exstant haec: *ἄλλο τὸ ἰαστὶ διαλέγεσθαι* pro *ἕτερον τὸ ἰαστὶ λέγειν,* et *ἰδιάζειν τὰ* pro *ἰδιά-*

ζοντα. XI, 27 desunt in A διαφθείροντες τὴν λέξιν. Reliqua scholia, quae Cobetus ex codice U excerpsit, in Parisino A inesse non videntur. Ex his intellegimus discrepantias, quae intercedunt inter codicum ANU scholia, esse levissimas, quam ob rem non ineptum videtur putare ex uno eodemque fonte originem ea ducere.

Auctorem scholiorum, ut supra dixi, Sonnyus Aretham fuisse dixit, Caesareae episcopum, qui circiter nongentesimum floruit annum. Quocum congruit, quod Morellius iure exposuit (VII, 1) scholiastam Photii bibliotheca esse usum. Neque enim quisquam opinabitur a Photio scholia excerpta esse, praesertim cum melioris generis codices, ex quorum numero aliquem Photius ante oculos habebat, scholia non contineant.

Nunc si quaerimus, quae auctoritas scholiis Dioneis tribuenda sit, conscii nobis sumus plane hoc diiudicare nos non posse. Ex perparvo enim scholiorum numero, qui inest in codice Monacensi N, concludere non licet idem valere reliqua scholia. Eae autem de quibus egimus adnotationes haud magni mihi videntur esse momenti excepto eo scholio, quo Apsephae regis mentionem facit Arethas.

Commentatiuncula ad tertiam partem pertinens.

Ut mihi proposui, in appendice ad tertiam partem pertinente etiam reliquorum deterioris generis codicum mentionem faciam.

Permulti deterioris generis libri manu scripti quamquam servati nobis sunt, maxime tamen est dolendum, quod alius codex cum alia collatus est oratione. Inde enim apparet fieri non posse, ut comparando alium codicem cum alio demonstremus, quo familiaritatis vinculo inter se coniuncti sint. Sed si haec enucleare studemus, nullo alio modo nisi circuitione quadam quaestionem illam diiudicare possumus: eligamus quendam codicem, quocum omnes collatae sunt Dionis orationes, atque cum illo libro comparemus deteriores illos codices. Ex ea enim ratione, qua ei libri cum illo codice cohaerent, concludere simul possumus, quomodo ipsi inter se coniuncti sint. Atque si quaerimus, quemnam codicem idoneum putemus, cuius auxilio illam ingredi possimus viam, nullus alius magis quadrare mihi videtur nisi Parisinus B, cuius archetypus B^a, sicuti in altera dissertationis parte exposui, olim in deteriorum codicum numero fuit. Nam si Parisinum B eligimus, simul cognoscimus, quocum deterioris generis codice liber B^a olim artius quam cum ceteris cohaeserit.

Quod cum haud parvi mihi videatur momenti esse, priusquam de ceteris deterioribus libris dicamus, exponere mihi liceat, utrum Monacensis N an Monacensis O scripturae saepius cum Parisino B conspirent. Nam codicem B^a olim non in ea versatum fuisse familia, cuius membrum editio Veneta est, sed in ea, cui libri N et O adscribendi sunt, exemplis p. 9 et p. 72 alla-

tis iam cognoveris. Codicem O artius quam Monacensem N cum Parisino B cohaerere si nunc demonstrare conamur, eis tantum auctoritas tribuenda est locis, ubi ceteris codicibus alias exhibentibus scripturas depravatae in libris BO et BN insunt lectiones. Bonis enim scripturis propterea nihil comprobatur, quod etiam in archetypo codicum NO, in libro *ϑ*, bonas fuisse lectiones putare licet. Atque his quidem locis codices BO conspirant: I 12, 1: BO *καὶ*, CM ed. Ven. *οὖν*, N om. hoc; III 7, 1: BO *δέ*, N ed. Ven. mel. cod. *γάρ*; II 40, 1: BOC[1]) *ὁ ποιητὴς οὐδὲν μάτην λέγειν οὕτως* [C *οὗτος*], N ed. Ven. M *οὐδὲν μάτην ὁ ποιητὴς οὗτος λέγειν*; III 18, 3: BO *οἵ*, N ed. Ven. *ἤ*, PC *καί*; II 22, 8: BO *χρήσηται*, rel. *χρήσεται*. Deinde vero has duas afferam lectiones, ubi alter codex abhorret ab altero: I 6, 6: BN *ἄξιον*, CMO *ἄξιος*; IV 89, 4: BN *εἴπως ἄν*, O ed. Ven. *ὅπως ἄν*. Hae discrepantiae tam leves sunt, ut haud magna eis tribuenda sit auctoritas; quapropter non ineptum mihi videtur putare Parisinum B artius cum Monacensi O quam cum codice N coniunctum esse.

Unus deterioris generis codex, qui excepto libro B[a] artius quam reliqui cum Monacensi O cohaeret, est codex Parisinus A. Sed priusquam ad ipsam rem pervenio, in universum pauca de illo codice mihi sunt dicenda.

Codex Parisinus A cum duodecima, tricesima altera, tricesima tertia Dionis collatus est oratione; praeterea autem permultas huius codicis scripturas, quae ad omnes fere Dionis pertinent orationes, Morellius affert in additamentis, quae inscribuntur: „Scholia et collectanea in Dionem“. Quaerendum nunc est, utrum fides his additamentis tribuenda sit necne.

Nam Geelius enucleasse se putans, quibus ille vir usus sit codicibus, aegre fert, quod scripturae, quae exstant in eius editione, abhorrent saepius ab illis codicibus. Ex mea autem sententia, qui libri praesto ei fuerint, non tam perspicuum est[2]),

---

[1]) Cf. pag. 23.

[2]) Geelium ipsum in dubio fuisse cognoscimus ex illis verbis (l. c. p. XX): „Ille, cuius copiam sibi factam ait . . . ab J. Foxio, ipse C est vel huius simillimus. Eum denique, quem ibidem „ex Bibliotheca Patrum Societatis Jesu“ esse narrat, eundem puto ac Meermannianum . . .“

ut vituperari liceat Morellium, si alias praetulit lectiones; verum hanc solam, ut intellegamus, quae fides illi viro tribuenda sit, necesse est ingrediamur viam: In additamentis illis mentionem saepius facit cuiusdam codicis Regii, quem eundem esse atque Parisinum A Geelius dilucide exposuit. Hunc autem codicem A cum tribus Dionis orationibus ipse atque Emperii pater contulerunt. Horum duorum virorum collationes si comparamus cum Morellii adnotationibus, intellegere possumus, qua diligentia ille vir usus sit in exarando Parisini A scripturas. Proferamus igitur eos locos, ubi Geelius et Morellius diversas afferunt lectiones: XII 11, 2: Geelius *αὑτῶν,* Morellius *αὐτῶν*; XII 13, 2: Geelius *ὀρνιθοθῆρα,* Morellius *ὀρνιθοθήρᾳ*; XII 29, 1: Geelius *οὐ,* Morellius *οὖν*; XII 49, 9: Geelius *θεῖον,* Morellius *θύον.* In tricesima altera autem atque in tricesima tertia oratione nullae exstant discrepantiae.

In tribus igitur orationibus quater Morellius non rectas attulisse videtur scripturas. Itaque causam esse non puto, cur ceteras scripturas, quas Morellius ex illo codice exscripsit, neglegamus neque usurpemus, si accuratius deteriorum codicum familiaritatem exponere in animo habemus.

Quae cum ita sint, non alienum censeo, si nunc codicis Parisini A scripturarum, quas Emperius aut false ex Morellii editione attulit aut enumerare omnino omisit, mentionem faciam. Sunt enim hae: III 80, 3: A *καὶ τρόπον ἡμᾶς,* Emp. *τρόπον ἡμᾶς*; VII 17, 6: A *καὶ εἴποτε,* Emp. *καὶ εἰ*; VIII 13, 8: Emperius adnotat: VBCMA *ἐμπεπλησμένων,* Morellius autem illam scripturam inesse in Parisino A non dicit; XXXI 149, 1; A *ἄκρα τῶν,* Emp. *ἀκράτων.* Praeterea omittit Emperius has codicis Parisini A scripturas: I 52, 2: *παρὰ τὸν Ἀλφειόν*; III 18, 5: *οἶδε*; III 75, 3: *αὐτοῦ*; III 80, 4: *ὑπενεγκεῖν*; III 111, 2: *ἐλ'ττων*; IV 82, 6: *συμφορὰ δαιμόνιος*; V 21, 5: *τὰ μέν*; V 22, 3: *ἐξελών*; VI 3, 5: *ὅτε*; VI 39, 3: *μήτε παισὶ μήτε γυναιξί*; VI 57, 5: *ὑποκατακλινομένους*; VI 58, 3: *ἄλλως*; VII 62, 5: *μενῶ*; VIII 13, 6: *διατετμημένων*; VIII 32, 7: *μείνειε*; X 11, 11: *γίνεται*; X 28, 8: *καὶ τὸν Ἀπόλλω*; XI 18, 11: *περί*; XI 23, 5: *ἰαστί*; XI 30, 6: *καὶ μεθ'*; XI 30, 7: *διηγήματος*; XI 63, 9: *τρυφῆς*; XI 68, 3: *Τυνδαρέων*; XI 80, 3: *ἐκεῖνου*; XI 139, 10: *ἐκλιπεῖν*; XI 144, 4: *ἀπὸ τοῦ Πριάμου*; XIII 25, 2: *ὅ γε*; XIII

36, 1: ταὐτά; XIV 12, 7: οὐδέπω; XVII 11, 12: ὥσπερ; XVIII 4, 4: κακός; XVIII 18, 4: ἐλάττονι πόνῳ; XXXI 121, 1: διαφέρετε; LXXX 13, 3: τό.

Nunc quoniam et exposuimus Morellii adnotationibus fidem tribuendam esse et eas codicis A enumeravimus scripturas, quas Emperius aut omnino afferre omisit aut false protulit, redeamus, unde deflеximus.

Ex oratione secunda Morellius has corruptas codicis Parisini A enumerat scripturas: II 2, 5: AO ᾧγε, ed. Ven. CMB ὥστε; II 33, 11: AONB om. τήν, ed. Ven. CM τήν; II 62, 14: AOBN ὧδ' εὖ νῦν σε, ed. Ven. ὧδ' οὐ νῦν σε; II 63, 4: AO NB ἐλεφαντίνα, ed. Ven. ἐλεφαντία; his lectionibus autem demonstratur codicem A in eadem deterioris generis versari familia atque Monacenses N et O. Artius autem eum librum cohaerere cum codice O quam cum Monacensi N circuitione quadam ex his depravatis septimae orationis concludo locis: VII 18, 4: BLA om. οὕτω, N ed. Ven. οὕτω; VII 52, 4: BA κῆδος, N ed. Ven. κέρδος; VII 81, 6: BA οἵ γε δή, N ed. Ven. εἴ γε δή; VII 6, 4: BLA εἶπον, N ed. Ven. εἶπε. Huc accedunt tres loci, ubi codicis Mediolanensis L depravatae lectiones conspirant cum Parisino A, codex autem B easdem exhibet scripturas atque meliores libri — in altera enim dissertationis parte exposuimus, ut codicem B, ita codicem L originem ducere ex archetypo B[a] —, dico hos locos: VII 6, 4: LA φοβηθείς, N ed. Ven. BMC φοβηθῇς; VII 7, 1: LA οὐκ ἦν, N οὐκοῦν, ed. Ven. BMC οὔκουν; VII 14, 2: LA ἀπόῤῥητον, N ed. Ven. BMC ἀπόῤῥυτον. Praeterea ex reliquis Dionis orationibus complures enumerabo locos, ubi in codicibus BA eaedem corruptae insunt lectiones, ceteri autem deterioris generis libri manuscripti, qui, sicuti infra demonstrabo, artissimo familiaritatis vinculo cum Monacensi N coniuncti sunt, alias exhibent scripturas. Sunt autem hi loci: X 17, 8: AB οὐδ' αὖ, F ed. Ven. εἰ δ' αὖ; X 18, 3: ABP οὐδὲ παρὰ τῶν βλαπτομένων, Q ed. Ven. οὐδεὶς οἶν τῶν βλαπτομένων; X 28, 8: AB καὶ τὸν Ἀπόλλω, Q ed. Ven. om. καί; XII 81, 6: AB ταὐτὸ γένος καὶ ζώων, U ταὐτὸ γένος ζωίων; XVII 6, 9: AB τόν, F αὐτόν; XXXIII 55, 8: AB ἔργον, D ed. Ven. ἔργου. Huc accedit or. XI 62, 5, cuius loci p. 19 mentionem feci. Omnibus quos enumeravi locis cum in Parisino A

eaedem corruptae insint scripturae atque in Parisino B ceteris deterioribus codicibus alias exhibentibus scripturas, apparet archetypum codicis B, librum B^a, olim artissime cum Parisino A coniunctum fuisse. Librum B^a etiam cum Monacensi O saepissime conspirasse supra exposuimus, ex quo fit, ut inter se Parisinus A atque Monacensis O artissime cohaereant. Nunc igitur diiudicandum est, 'unde illa affinitas originem ducat. Codex Monacensis O cum sexto decimo, Parisinus autem A antecedenti[1]) scriptus sit saeculo, fieri potuit, ut codex O ex ipso libro A descriptus sit. Illi autem sententiae hi repugnant loci: I 65, 7: CMA *πεφυκότα,* BNO ed. Ven. *πεφυλαγμένον*; II 35, 2: BMA *περὶ Νῖνον,* ed. Ven. NO *περὶ οἶνον*; IV 82, 6: A *συμφορὰ δαιμόνιος,* NO ed. Ven. *συμφορὰν καὶ δαιμόνιον*; IV 100, 7: BCMA *θαλάμοις,* ed. Ven. NO *βαλάκοις.* Eis enim locis, ubi in Monacensi O eaedem depravatae insunt scripturae atque in N et in editione Veneta, non est credibile casu quodam tres illos librarios eadem menda textui inculcasse; verum consensio illa inde mihi videtur orta esse: non directo codices A et O ex codice *ϑ* fluxerunt, sed exstitit liber quasi medius, quem nominamus codicem *ε*, atque in hoc quidem codice *ε* eodem modo atque in libro *ϑ* et in libro *δ* malae illae inerant lectiones, quae etiam in Monacensi O exstant. Parisini autem A librarius corrigendo ad meliores codices[2]) emendationes in textum intulit. Neque enim coniecturis vacare eum librum apparet ex or. XI, 24.

Eodem modo atque Parisinus A et Monacensis O ex codice *ε* derivati sunt, etiam codex B^a ex illo libro haustus esse videtur, propterea quod Parisinus B cum libris A et O artius quam cum reliquis deterioris generis codicibus cohaeret.

Ceteri deterioris generis libri manuscripti exceptis codicibus Veneto T atque Mosquensi R artissime cum Monacensi N coniuncti esse videntur, quamquam certum quoddam propterea dici non potest, quod tam parvus orationum numerus cum deterioribus illis collatus est libris. Codex enim Florentinus D collatus est cum orationibus octava, duodevicesima, tricesima tertia (passim),

---

[1]) Cf. Emp. p. XIV par. 28.

[2]) Cf. Sonnyus, l. c. p. 95: „Viele der jüngeren Handschriften (scil. der det.) sind mit der zweiten Klasse (den mel.) contaminiert."

Florentinus E cum oratione duodevicesima; ex codice Vaticano F eae exaratae sunt scripturae, quae pertinent ad orationes octavam, decimam, undecimam (inde a paragrapho 55), septimam decimam, undetricesimam, tricesimam, quadragesimam quartam; de Neapolitano I. E nihil cognitum habemus nisi quattuor undevicesimae orationis paragraphos; cum codice Vaticano Q nona collata est oratio [1]), cum Urbinate 124 U orationes duodecima, duodevicesima, tricesima prima (usque ad par. 23), tricesima altera (usque ad par. 19), tricesima tertia; ex codice denique Vaticano X orationum sextae (usque ad par. 16) atque octavae exscriptae sunt lectiones. Sed etiamsi omnes illi libri manu scripti cum diversis fere collati sunt orationibus, nonnulla tamen de affinitate eorum ex mea quidem sententia enucleare possumus, hanc ingredientes viam. Ex numero illorum codicum Vaticanus X unus est, ex quo orationis quae in Mon. N exstat lectiones exaratae sunt, dico or. VI, paragraphos 1—16. Eum codicem X comparemus cum libro N, unde intellegemus, utrum cum codicibus AO an cum Monacensi N an cum editione Veneta artius coniunctus sit. Atque nullum quidem cum invenerim locum, ubi Vaticanus X unus deteriorum codicum cum Parisino B conspiret, contra cum or. VI 9, 4 codices BNX corrupte exhibeant *τοῦτο,* editio autem Veneta *τοῦτο δέ,* concludendum est cum Monacensi N artius quam cum codicibus AO aut cum editione Veneta cohaerere hunc librum.

Nunc quoniam indolem Vaticani X cognovimus, usurpare possumus hunc librum ad investigandam ceterorum codicum familiaritatem. Collatus enim est cum octava Dionis eratione, quacum etiam codices Florentinus D et Vaticanus F collati sunt. In codice illo D eaedem insunt scripturae atque in Vaticano X, nisi quod or. VIII 4, 3 codices BO articulum *ὁ* omittunt, quem liber X exhibet, si ex silentio argumentum facere licet. Sed cum reliquis locis, ubi Parisinus B recedit a ceterorum codicum scripturis, ne Florentinus D quidem cum codice B conspiret, putare malim, or. VIII 4, 3 casu quodam et Parisini B et Floren-

[1]) Emperius codicis Q scripturas etiam or. X inde a paragr. 12 (p. 814) affert; sine ulla dubitatione autem calami lapsu pro F scriptum est Q; nam p. 791 Emperius diserte dicit in Vaticano Q nonam tantum inesse Dionis orationem.

tini D librarios articulum omisisse atque librum D artissime cum Vaticano X et cum Monacensi N coniunctum esse. Eodem modo res se habere mihi videtur, si ad codicem Vaticanum F spectamus.

Transeo nunc ad Florentinum D, cuius auxilio, quid de codicibus Florentino E et Urbinate U iudicandum sit, cognoscere studeamus; tres enim illi libri cum oratione duodevicesima collati sunt. Atque codex quidem E multo pluribus quam codex D librarii neglegentia depravatus est mendis; ceteris autem locis conspirat cum eo. Quod autem ad Urbinatem U attinet, in memoriam revoces, quaeso, Sonnyum hunc codicem putasse archetypum deteriorum librorum, quam sententiam non rectam esse supra demonstravi. Hic autem eam addere mihi liceat rem etiam scripturas, quae insunt in Urbinate U, Sonnyi sententiae plane repugnare. Permulti enim exstant loci, ubi codex U corruptas exhibet lectiones, ceterorum autem deterioris generis librorum scripturae eodem modo atque meliorum codicum probandae sunt, quod ut demonstrem, or. XVIII 21, 4—7 afferam, ubi in codice U omittuntur verba: *καὶ ὡς τοῖς — πράττοντα ἴδοι.* Praeterea depravatas eius libri enumerabo scripturas, quae quidem in paragrapho prima usque ad octavam huius orationis exstant: 3, 7: U *ταῦτα συνεώρακας,* rel. *ταῦτα καὶ συνεώρακας*; 4, 7: U *ἀνδρὶ ἐπὶ πλεῖστον παιδείας ἥκοντι καί,* rel. *ἀνδρὶ καὶ παιδείας ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντι καί*; 4, 10: U om. *ἣν οὐκ ἔτυχεν εἰδώς*; 5, 2: U *ἵνα μὴ πολλὰ λέγω πρὸ τοῦ πράγματος,* rel. om. *λέγω*; 6, 10: U *πόνων,* rel. *πόνου*; 6, 10: U om. *δή*; 6, 11: U om. *δέ*; 6, 12: U *καὶ τούτοις,* rel. *καὶ τοῦτον*; 7, 2: U *κωμῳδίας μένανδρον,* rel. *κωμῳδίας τὴν Μενάνδρου*; 7, 5: U *εἴη λέγειν,* rel. *εἴη τὸ λέγειν.* Ille codex si re vera archetypus esset deteriorum codicum, putandum esset ex codice Urbinate U derivatum esse codicem — quem littera *τ* significare liceat —, qui ad melioris generis aliquem librum correctus esset; deinde autem ex codice *τ* fluxisse deteriores codices, qui nunc praesto nobis sunt. Huic autem sententiae complures repugnant loci, quos in orationibus XII, XVIII, XXXIII inveni. Quibus locis cum in Urbinate U eaedem exstent corruptelae atque in eis libris, qui ex codice *ϑ*, ut exposui, derivati sunt, editionis Venetae atque meliorum codicum lectiones probandae sunt. Dico hoc locos: or. XII 46, 2: UA om. *φαί-*

νεσθαι; XII 69, 6: BUA ῥᾳδίως, ed. Ven. mel. cod. ῥᾳδίας; XII 78, 5: BUA ἠθέλησα δ' ἄν, C ed. Ven. ἠθέλησα ἄν; XVIII 10, 3: DEU ἐπαγγελίας, BMTR ed. Ven. ἀπαγγελίας; XXXIII 13, 5: UA ἐπ' ἄλλοις, rel. ἐπ' ἄλλους; XXXIII 43, 8: BUA στησώμεθα, rel. στησόμεθα; XXXIII 63, 4: UA ξυρόν, rel. ἐξύρων. Quibus locis unde factum sit, ut codex Urbinas U atque illa deteriorum librorum familia easdem depravatas exhibeant scripturas, si demonstrare vis, duas inire potes rationes. Et prior quidem via est haec: corruptae lectiones, quae insunt in codice U, a codicis τ librario ad melioris generis codicem aliquem correctae sunt; deinde autem bonae lectiones sincere in librum ψ traductae sunt, codicis ϑ autem librarius bonas scripturas casu eisdem depravavit corruptelis, quae insunt in Urbinate U. Hoc nihil probabilitatis prae se ferre libenter concedes. Sed etiamsi alteram inis rationem, quapropter Urbinas U congruat cum altera deteriorum codicum familia, non bene exponere poteris. Dices enim fortasse in codice τ eodem modo atque in Urbinate U pravas fuisse lectiones, quae per codicis ψ librarium aut per editionis Venetae editorem in bonas mutatae essent scripturas. Ex nullo autem alio loco elucet hanc deteriorum codicum familiam ad meliores libros correctam esse, quam ob rem mirum profecto esset, si his septem locis* hoc factum esset. Ex mea igitur sententia scripturis, quae insunt in codice Urbinate U, demonstratur hunc librum archetypum deteriorum codicum non esse.

Quam causam si ei addis, de qua supra dixi, intelleges Sonnyi sententiam probari non posse; verum persuasum habeo codicem Urbinatem U artissime cum libris DEFNX cohaerere, propterea quod cum codicibus Florentinis D et E conspirat, nisi mendis aut coniecturis laborat. Genuinas autem archetypi in hoc solo codice servatas esse non posse cognosces, si codicum stemma intueberis, quam ob rem Emperius non recte ex sententia mea fecit 6, 7 et 13, 6[1]), ubi codicis Urbinatis U

[1]) Or. XVIII 13, 6 in codicibus MBDETR ed. Ven. haec scripta vides: τοὺς μὲν δὴ ἄλλους μακρὸν ἂν εἴη ἔργον ἐπαινεῖν καὶ ἐντυγχάνειν αὐτοῖς οὐ τὸ τυχόν; Emperius autem et Dindorfius codicis Urbinatis U scripturam probaverunt, qui omittit nomen substantivum ἔργον. Nonnulli autem in Dionis orationibus nobis occurrunt loci, ubi

auctoritate commotus alias in textum recepit scripturas atque in reliquis exstant libris manu scriptis.

Ex his, quae exposuimus, apparet libros DEFNUX artissimo familiaritatis vinculo coniunctos esse; utrum autem directo ex ipso codice *ϑ* defluxerint — supra demonstravi Monacensem N ex illo codice haustum esse —, an exstiterit codex aliquis medius, quem littera *κ* significare liceat, pro manca illorum librorum notitia diiudicare non audeo.

Duorum nondum mentionem feci codicum, Vaticani Q et Neapolitani I. E, qui quibuscum deterioris generis cohaereant libris manu scriptis exponere nequimus, quod neque cum nona neque cum undevicesima oratione ullus alius deterioris generis collatus est liber excepta editione Veneta.

Restat, ut de codicibus Veneto T et Mosquensi R atque de editione Veneta dicamus, quos libros in altera a reliquis deterioribus codicibus diversa familia numerandos esse persuasum habeo. Quae cum de editione Veneta iam supra demonstraverimus, per se apparet etiam codicem Venetum T eidem adscribendum esse familiae; nam Emperius[1]) nos docuit editionem Venetam ex illo codice expressam esse. Superest igitur, ut exponamus Mosquensem R artissime cohaerere cum illis libris, id quod libenter concedes, si has depravatas Veneti T, editionis Venetae, Mosquensis R intueris scripturas, quae exstant in ora-

---

ἔργον respondet Germanicis vocibus „Aufgabe“, „Geschäft“; sicuti or. XXXIII 26, 1 haec scripta vides: *πολὺ δ' ἂν ἔργον εἴη πάντας ἐπεξιέναι;* et or. LXXX 13, 1, ubi haec insunt: *πολὺ δ' ἂν ἔργον εἴη διεξιέναι καὶ πάσας τὰς ἰδέας τῶν δεσμῶν.* Atque etiamsi nullum inveni locum, ubi verba *μακρὸν ἔργον* exstant, ex mea tamen sententia non est, cur talem elocutionem Dioni non adscribamus. — Or. XVIII 6, 7 in codicibus MBDETR ed. Ven. insunt haec: *ἀλλὰ ὡς τοῖς ἀηθίστοις* [TR ed. Ven. *ἀήθεσι*] *πονεῖν σώματος ἀλείψεως δεῖ μᾶλλον καὶ κινήσεως συμμέτρου ἢ γυμνασίας.* In codice Urbinate U genetivus *σώματος* correctus est in dativum *σώμασιν,* quem Emperius et Dindorfius in textum receperunt. Ex mea autem sententia non est, cur coniecturam illam probemus; nam sicuti in antecedenti enuntiato: *καθάπερ τοὺς ἀσυνήθεις περὶ σώματος ἄσκησιν, εἴ τις κοπώσειε βαρυτέροις γυμνασίοις, ἀσθενεστέρους ἐποίησεν* nomen adiectivum *τοὺς ἀσυνήθεις* substantivo non ornatum est, ita in his verbis adiectivo *ἀηθίστοις* substantivi vis bene tribui potest.


1) Cf. Emperius, praef. p. XVI, § 35.

tione duodevicesima: 4, 4: RT ed. Ven. ὥς τις, rel. ὥσπερ τις; 6, 9: RT ed. Ven. χρεία ἐστί, rel. ἐστὶ χρεία; 6, 13: οὕτως, rel. οὕτως αὐτόν; 7, 1: σοφῶν, rel. σοφωτέρων; 9, 6: τὰ πολιτικά, rel. τὰ κοινά; 11, 10: σέ, rel. σοί; 16, 2: ἐντυγχάνω, rel. ἐντυγχάνων; 20, 4: ἔπεισαν, rel. ἀνέπεισαν; 20, 5: ἐμοί, rel. ἐμέ. Eis locis discrepantiae, quae exstant inter Venetum T, editionem Venetam, Mosquensem R atque inter ceteros deterioris generis libros, sunt tantae, ut casu quodam et Veneti T et Mosquensis R librarios eisdem mendis textum depravasse non sit credibile, quapropter codicem R in eadem numerandum esse familia atque codicem T censeo. Hoc autem nihil habet probabilitatis alterum codicem ex altero descriptum esse, verum multo magis haec mihi placet sententia exstitisse codicem aliquem ψ, qui medius fuerit inter librum δ atque inter codices T et R. Tribus enim locis: 11, 2; 11, 3; 11, 11 Venetus T bonas exhibet scripturas, ubi in Mosquensi R depravatae insunt lectiones. Contra 7, 10 Mosquensis R et libri MBDE bonam exhibent lectionem ἤδη, in Veneto T autem corrupta inest scriptura ἔθη.

Ex his, quae exposuimus, apparet deteriores codices in duas distribuendos esse familias, in quarum altera versantur Venetus T (ed. Veneta) et Mosquensis R; altera autem familia in duas diffluxit partes, atque alteri quidem parti adscribendi sunt codices Monacensis O et Parisinus A, alteri autem codices DEFNUXQ(?) I.E(?).

Mendum typographicum:

Pag. 5, v. 5, pro „Parisino P“ lege „Parisino B“.


Archetypus.
Codex γ
Codex δ
Cod. o
Codex ϑ
Cod. ε
Codex π
(μ)
Cod. ξ
Bª
Bª
Codex ϰ (?)
Codex ψ
T
H
P
C
M
V
B
L
A
O
D
E
F
N
U
X
IE (?)
Q (?)
R
ed. Ven.